TRACTATVS
DE ORIGINE
ET CLAVSVRA
SANCTIMONIALIVM.

AVCTORE
ANDREA VICTORELLO
BASSANEN. DOCT. THEOL.

VENETIIS, MDCLXVII.

Ex Typographia Caroli Conzatti.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.

DE ORIGINE, ET CLAVSVRA SANCTIMONIALIVM.

Virginum ſtatus laudatur.

EMinet in ſancta Chriſti Domini Ec-
cleſia Virginum , Virginem Dei-
param Magiſtram , & Ducem agno-
ſcentium, ſtatus. Virginitatem natu-
ra ſuis legibus, non incluſit, quæ ſupra natu-
ræ vſum è cęlo accerſiuit, quod imitaretur
a in terris: nubes,aera,ſydera,Angeloſq.tranſ-
greſſa , Verbum Dei in ipſo ſinu Patris inue-
nit; Virgo Elias curru igneo raptus in cęlũ.
Virgo Ioannes Baptiſta , Chriſti Præcurſor,
vatum maximus , inter natos mulierum ex-
cellens , in antris cæleſtem vitam duxit , &
martyri gloriam adeptus eſt. Virgo Ioannes
Euangeliſta , virginum Sponſo formaliter
vſus , in eius quieuit ſinu , indeq; diuinæ ſa-
pientiæ fluenta potauit , & martirij corona
non caruit. Virgo ſemper Dei Mater Maria ,
Sole amicta;ſyderum gemmis coronata, Lu-
nã pedibus premens,tota pulcra, tota formo-
ſa,filium Dei concepit, peperit,vbere de cęlo
pleno,aluit. Angelorum, Apoſtolorum, San-
ctorum omnium . Eccleſiæque vniuerſæ de-
cus, & doctrix , & cælo recepta ſuper Ange-
lorum choro , gloria fulgens æterna . Nam
oſtendit pectus , & vbera . Virginis Filius
Deus, & homo , virginitatis fons , virginum
ſponſus,ſolatium,corona,& quies . Agnum
ſupra montem Syon Virgo Ieſu dilectus
ſtantem vidit , & cum eo centum quadra-
ginta quatuor millia , hi autem cum mulie-
ribus non ſunt coinquinati; virgines enim
ſunt, & ſequuntur Agnum quocunque ierit .
b Virgines cum Agno in monte Syon , virgi-
nes in Eccleſia , montis Syon nomine in-
dicata , locum obtinent excelſum ; vnde
c S. Cyprianus martyrij purpura, lacteoq; do-
ctrinæ , & eloquentiæ flumine inſignis de eis
dixit, *Illuſtrior portio gregis Chriſti*. Et S.
d Auguſtinus virginalem integritatem, Ange-
licam portionem, & in carne corruptibili in-
corruptionis perpetuæ meditationem , ap-
pellauit ; ne mirifici flores marceſcant adhi-
benda cura eſt ; multo magis , ne flos eccle-
ſiaſtici germinis concidat; & ne theſaurus
virginalis prætij ingentis amittatur : depræ-
dari deſiderat, qui theſaurum publicè defert;
qui virginem diligenter non curaret , earum
theſaurum negligere cenſeretur prudentiſ-
ſimè S. Hyeronymus,cum rem hanc mentis
oculis perluſtraſſet , luculenter, ſapienterque e
de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium diſ-
ſeruit, & plures alij grauiſſimi Patres de
eodem argumento documenta tradiderunt.
Ioſeph pudicus , relicto pallio fugit . De S.
Theodora Virgine , & Martyre ſcripſit S.
Ambroſius , Antiochiæ Virginem fuiſſe pu-
blici viſus fugitantem . Ebba Abbatiſſa virgi-
nes,quibus præerat , gladios parare iuſſit, vt
contra milites hoſtili furore ad virginitatis
decus auferendum inſanè incitatos , pro vir-
ginitate decertarent. Ebba mater naſum ſibi ,
& labia gladio præcidit,filiæ matrem ſecutæ,
ſe ſe eodem modo vulnerauerunt , & ſic vir-
ginalis pudor ſeruatus;ea virginum ſanguine
madentium fœditate , milites in rabiem verſi,
intra cœnobij parietes , eas viuas combuſſe-
runt . Vt dei iniuria, religionis,opprobrium,
multorum ſcandalum,pericula ſacris iminen-
tia Virginibus arceantur , & illæ virtutum
ſtudia melius colant , rerum cæleſtium con-
templationi felicius vacent , ſtatutum eſt
prudentiſſimè , vt cœnobiorum mœnibus ad
virorum aſpectu ſecretæ claudantur ; de
qua re earumque origine,paucis .

a *S. Ambroſ.l.1. de virginit.* b *Apoc.13.* c *l. de diſc. & habitu virginum.* d *lib. de virg.c. 23.* e *l.2.de virg.*

Ante Chriſti aduentum, Virgines, Viduæque nonnullæ clauſæ.

IVdith pietatis , & pudicitiæ laude clariſſi-
ma,vidua,angelicæ tutelæ pręſidio muni-

ta, cuius manu Deus Holophernen peremit,
& ad nihilum populi sui hostes redegit, ve-
stes pudoris, modestiæ, & grauitatis plenas
induta, cilicio corpus, & inedia affligens, in
precatorio suæ domus tabernaculo: quod
secretum cubiculum sacræ litteræ appellant;
cum puellis suis (virgines eas putes) clausa
morabatur, & Deum timens, sacris precibus,
a rerumque æternarum meditationi dies, no-
ctesq. operam nauabat. Extra templi Salamo-
nici loca, in illius conclauibus virgines Deũ
assiduè colentes degebant, vt videtur colligi
posse ex verbis libri secundi Machabeorum,
Accinthæque mulieres cilicijs pectus, per pla-
teas confluebant: sed et virgines, quæ conclusæ
erant, procurrebãt ad Oniam: aliæ autem ad
muros, quædam vero per fenestras aspiciebant,
vniuersæ autem protendentes manus in cœlũ
deprecabantur. Ab Hæliodoro templi thesau-
rum ablaturo, maxima erat tunc per vni-
uersam ciuitatem trepidatio. Exodi cap. 38.
mentio fit mulierum in ostio tabernaculi ex-
cubantium, quæ Deo penitus defixæ, operas,
& muliebria ornamenta eius cultui dicatãt:
specula eo in loco (ærea scilicet) nominan-
tur, ex quibus labrum æneum conflatũ. Mu-
lieres ad ostium tabernaculi excubantes, vir-
gines, viduasq. pias fuisse, tenet Canisius l. 1.
c. 12 de B. Virgini. Humani generis hostis ab
Ethnicis etiam sibi specula dicari petijt; hoc
illo epigrammate indicauit Ausonius.

Lais veneris speculum dico; dignum habeat
se Æterna æternum forma ministerium.

Iosaba Ioram regis filia, Ioas Ochoziæ filiũ,
Athaliæ gladio substractum secum in domo
b Domini sex annis habuit. Athalia omne se-
men regium occidebat: *Tollens autem* (aiunt
sacræ litteræ) *Iosaba filia Regis Ioram, soror*
Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata est de
medio filiorum Regis, qui interficiebantur, et
nutricem eius de triclinio, et abscondit eum
à facie Athaliæ, vt non interficeretur; eratq.
cum ea sex annis clam in domo Domini.

Annam sanctimonia, & vaticinandi dono
c celebrem viduam (quã Cyrillus Hierosoly-
mitanus Cathec. 10. monialem religiosissimã
vocat) in conclauibus templi cum virginibus,
viduisque Deo apprime inseruientibus habi-
tasse, ex D. Luca colligi posse nonnulli existi-
marunt: quamuis Maldonatus, & alij quidã,
non habuisse, sed assiduè templum illam a-
dijsse, fateantur: hanc virgines templi forsam,
gubernasse, Masellus l. 1. c. 12. Vitæ B. Virgi-
d nis Matris Dei, testis est. Iosephus fœmineas
quasdam turres in eo agnouit. Virgines (de
quibus lib. 2. c. 3. Machab. Nicolaus Lyranus,
Hugo Cardinales, & Gorionides eas fuisse,
putant, quæ in ædibus parentũ custodiebantur,
at Seratius in Machabeorũ Harmonialis
c. 3. & c. 4. l. 2. verius putat, locũ de ijs virginib.
explicandum, quæ in quodam templi domici-
lio, in quo etiam viduæ pietatem egregiè co-
lentes commorari consueuerant, clausæ con-
tinebantur. Lyranus, qui de parentum domi-
bus verba l. 2. c. 3. Machab. interpretatus est,
alienũ sententia, ea de domicilio prope tem-
plum, in quo nonnullæ virgines nobiles, vsq.
ad nuptiarum tempus inclusæ custodiebantur,
explicantium, refert, & non improbat. ex
eo Dionysius Carthusianus, in c. 3. lib. 2. Ma-
chab. videtur locutus, Dei Matrẽ tres annos
natam, oblatam in templo, in Sãctis Sancto-
rum habitasse. Germanus Cõstantinopolita-
næ Ecclesiæ Antistes, & cum illo alij quidam
(ab erudito amico Flaminio Ceresola in ma-
gno volumine nõdum cuso, de Virgine Dei-
para recensiti) scriptis tradidit, probabilius
est, opinor, in domicilio virginum prope, aut
circa tẽplum degisse Deiparã. Templo Hiero- e
solymitano Virgines deputatas, agnoscit S.
Ambrosius. Mulieres diuino cultui dicatas
apud Hebræos, non ibit inficias, qui 38. c. E-
xodi legerit, labrum æneum ex speculis mu-
lierum in ostio tabernaculi excubantiũ effe-
ctũ, de quibus Rabbi Abraham allatus à Bar-
radio, *Orant*, ait, *in Israel mulieres Deum co-*
lentes, quæ spreta mundi vanitate sua specula
Domino offerebant; quia non erant illis opus,
quæ per singulos dies exiebant ad ostiũ taber-
naculi, vt orarent, & Dei audirent præcepta,
Nonaginta cellas in tẽpli circuitu Salomonẽ f
extruxisse, narrat Iosephus, & ex eo Cardin.
Baron. in Apparatu ad Annales Eccl. Masel-
lus in vita Deiparæ, in his nõ solum fæminas
Deo ex voto oblatas, sed aliàs etiam habitare
potuisse, exploratum est; & Dei Matrem ha-
bitasse, cum ratione non pugnat. Pias viduas
in aliquo Salomonici templi domicilio mo- g
ratas, & ibi Virgines fuisse inclusas, Seranius
probabilius, censuit, vt diximus, &, ante illũ,
Canisius de Beata Virgine, & Baronius in h
Apparatu: de quo re ẽt Suarez, to. 2. in p. 3. D.
Th. Claudius Expéceus, Masellus l. c. & Bar-
radius. Doct. aiunt sacrarũ litterarũ interpre-
tes, apud Lyranũ, virgines nobiles prope Hie-
rosolimitanũ templũ, vsq; ad nuptiarum tem-
pus inclusas, custoditas, dixit etiam Canisius:
Ioãnes Baptista Mantuanus, carmine nõ ine-
leganti, de Virgine in tẽplo oblata, disseruit &
locũ custodiæ virginũ, silentio non præterijt.

Mos

Mos erat antiquus longũ seruatus in æuũ,
Æde puellares annos includere sacra,
Ætatemq. Deo teneram, primumq. dicare
Virgineæ florem vitæ; & generare pudoris
Ingenui curam, sanctosq inducere mores.

Et post pauca, de Virgine oblata in templo.

Vertice iam summo magni penetralia tẽpli
Stabat, vbi ascensu fessos solata parentes,
Risit, & æternum, curuato poplite, Numen,
Cũ nurib. venerata pijs, in claustra recessit
Virgineæ secretæ domus, &c.

Hoc in loco soli Deo vacans Virgo, & forma virtutis effecta, vsque ad nubiles mansit annos; fuit autem Virgo sanctissima insigne monialium nostrarum exemplar, quod assiduè deberent inspicere. iugum Domini ab infantia auide complexa, constantes sustinuit, ad perfectioris vitæ normam dicta, factaque omnia composuit; mundo, amicis, & parentibus nuntium remisit; sæcularis vitæ noxiã libertatem sancta seruitute mutauit; conspectum, & consortium virorum effugit. Deum, & Angelos suæ puritatis & conuersationis inspectores, & testes ob mentis oculos semper habuit, ac venerata est. Quando Gabriel Angelus Dominicæ Incarnationis nuntius, ad illam, à Deo missus, accessit, *sola erat in penetralibus, quam nemo virorum videret* (dixit Ambrosius) *solam Angelus reperiret, sola sine comite, sola sine teste.*

a *Iudith.* 8. b 4 *reg.* 11. c *c.* 2. d *l.* 5. *c.* 12. e *l. de virg.* f *l.* 3. *c.* 2. *ar.* 19. g *l.* 2. *c.* 3. & 4. h *initio disp.* 7. *l.* 3. *c.* 7. *de cont. l. cap.* 6. *to.* 1. *cit.*

Viri cælestis conuersationis studio addicti, vt Deo liberius seruirent, & animorum puritatem tuerentur, spirituque expeditiores euolarent in cœlum, vixere ab hominum consortio seiuncti.

AGmen ducat Christi Prodromus, Io. Baptista: hic à teneris annis antra eremi petijt, ciuiũ turmas fugiẽs, *ne leui saltem maculare vitam flamine posset.* à Io. Chrys. ho. 1. in Marchũ, Monachorũ princeps est dictus. Acepsimas, qui Theodosio Magno Imperãte, floruit, in solitudine Vrbis Cypri, ait Nicephorus, in tuguriolo exiguo inclusus, sexaginta annos ita sanctè peregit, vt neque cõspiceret, neque alloqueretur quempiã. Plura de illo in Menæis Græcorum. Anachoreta in cuisdam montis secessu quinquaginta annos ab humana remotus consuetudine, nulla visus veste, setis corporis tectus, homines fugiebat: & dixit aliquando: Qui ab hominibus frequentatus non potest ab Angelis vitari, ex l. 4. c. 10. de Vitis Patrũ, Sulpitio, & Cassiano authoribus. In Chorebi solitudine vir silentiarius ad bonã frugẽ reuersus, cellæ foribus obstructis, clausus vndique, muro taciturnior, duodecim totos annos pane, & frigida contentus vixit, moriens à sodalibus cũ rogaretur, vt monita in extremo daret afflatu hæc tãtũ dixit; *Date veniã sodales moriens, nemo in cogitationẽ mortis serio ingressus, poterit unquã peccare.* ex manuscr. Climaci, Raderus.

Ædiculam Thessalonica non valde remotam, Dauid, pater religiosissimus, ãnos octoginta nunquam egressus incoluit Ex Ioanne Moscho, cap. 69. Prati spirit.

Arnulphus Suessionensis Episcopus, sanctimonia clarus, priusquam Episcopus esset, inclusus vixit: natus est, Henrico Roberti filio, Franciã, Eduardo Pio Angliã regentibus. ex eius vita apud Suriũ c. 7. in Augusto. to. 4. a

S. Albertus Monachus Crispinẽsis Monasterij, diuinis laudibus, precibusq; liberius vacaturus, & membra domiturus, in eremo, in cellula, à Lamberto Abbate facultatem ad id faciendum adeptus 25. annos inclusus degit. ex eius vita apud Surium to. 2. in Aprili. b

S. Benedictus tres annos in spelunca delitescens, in Dei obsequio conquieuit. ex Breu. Rom. Quinquaginta annos Abbas Capito delituit item in spelunca. Palladius lib. 8. de vitis Patrum c. 99.

Nathanaelem septem, & triginta annos cellæ angustijs conclusum vitam traduxisse, Palladius refert. Marcianum Cyrenensem, qui nec sororem ad aspectum admisit, multis annis, Theodoretus Ecclesiastica Historia.

S. Eugenius Abbas à septimo anno, quo Monasterium fuit ingressus, vsque ad sexa- c gesimum, quo obijt, è cœnobio pedem non extulit. Leonianus Abbas Viennensis Viẽnę, & Augustoduni claustro cellæ clausus, quadraginta, & eo amplius, annos nulli hominũ, ex prima intrusione, visu cognitus fuit.

S. Hilamon clausus in Aegypto, in cellula, d quam reclusus incolebat, ad Deum migrauit in precibus, dum inuitus traheretur ad infulam: Deum forte orauit, vt prius diem, obiret, quàm Episcopus crearetur.

S. Leobardus clausus viginti, & duos an- e nos in cella conclusus, ieiunijs, precibus, silentio, lectione sacra delectabatur, à diuinis officijs, & oratione nunquam cessabat. Ex Gregorio Turon. c. vlt. de vitis Patrum.

Non defuere viri in religioso contubernio f simul degentes, qui extra cõmunium ædium limina pedem non efferebant.

Mille sãctissimis viris præsidebat Isidorus clarissimus Pater, nemo eorum vnquam (excipe vnum custodem, & præsbiterum obsonia, ex vrbe deferentem) vestigium ponebat extra cænobium, quoad animus, laqueo, corporis, relicto, abiret in cælum; & quod magis miteris, nemo ex eo Patrum collegio ægrotabat ante obitum: adueniente vltima vitæ li-
g nea sani sanos, se ex hac vita discessuros monebant: quilibet eorum Thaumaturgus erat.

a *cap.7.* b *c.18.* c *l.3.di.4. & Graci in Maneis.* d *Ex eius vita tom.1. Surij 1. Ianuarij.* e *vide Mart. Rom.6. Ia.* f *Surius to.1. in Ia.* g *Raderus p. 3. virid. c. 5. de Sanctis clausis.*

Mulieres extra monialium septa. Euangelicæ legis tempore, septis miris clausa, à virorum aspectu semota Deo addictæ.

SAncta Maria Magdalena, quæ criminum sordes lacrymarum imbre detersit, in vastam alti montis speluncam se abdidit, ibique triginta totos annos, sine terreno cibo, extra hominum oculos, Deo vixit inter Angelos. Rem hanc Franciscus Petrarcha, sacra spelunca conspecta, pijs hisce carminibus memorauit.

Te quoque digressus terris, & ad astra reuersus.
Bis tria lustra, cibi nũquã mortalis agentẽ
Rupe sub hac aluit; tam longo tempore solis
Diuinis contentam epulis, & rore salubri;
Hac domus antra tibi stillantibus humida saxis.
Horrifico tenebrosa situ, tecta aurea regũ,
Deliciasque omnes, ac ditia vicerat arua.
Hic inclusa libens longis vestita capillis:
Veste carens alia, ter denos passa decembres
Diceris, hic nõ fracta gelu, nec victa pauore
Namque famem, frigus, durum quoque saxa cubile.
Dulcia fecit amor, spesq. alto p ctore fixa,
Hic hominũ nõ vita oculis, stipata cateruis
Angelicis, septẽque die subuecta per horas
Cælestes audire choros, alterna canentes.
Carmina corporeo de carcere digna fuisti.

S. Martha à sorore diuulsa, in loco à viris remoto, cum nonnullis honestissimis fæminis cum insigni pietatis, & prudentiæ laude, in Dei obsequio vitam dixit.

S. Romana, Virgo Tudertina, à S. Syluestro Romano Pontifice donata baptismo, in antris & speluncis cælestis vitæ rationem sequuta est.

S. Melantia Romana iunior in arca lignea aliquando, in ædicula autem, suo iussu in Monte Oliueti constructa, quatuordecim ãnos inclusa habitauit, eamq. sibi legem imposuerat, vt neminem videret, à nemine videretur, excepta matre, consobrina, & illo, qui olim coniugalis iugi, tunc laborum socius erat: defuncta matre, in altera domuncula, in precibus, lacrimis, & ieiunijs annum exegit. Ex Surio in eius vita to. 1. in Ian.

Alexandra Virgo celebris tuum lunthalamo præ... a
tulit; in eoque horrore tenebrarum, inter ossa spalentia duodecim annos, non viris, non fæminis visa, per foramen alimẽto accepto, delituit: sollicitabat Virginem procus ad stuprum, speciem illa oris, & thesaurum virginitatis clausit sepulchro, seruauitque sapuit supra sexum fœmineum in graui certamine; & viuens, ac moriens triumphauit.

De virgine Germana bona indole, bona mente aucta, oris venustate speciosa, diuite, nobili, sobriaq. inter vrbanas delicias, & inter aulicam libertatem pudicitiæ laude clara, quæ vnius cælestis sponsi amore capta, domicilio ad vitam religiosam agendam, seorsum constructo, Deo velata, spontè suo se inclusit lalario, & à mortalium exclusit cætu, Cæsarius l.4. cap.29. Virgines apud Græcos, si non clausas, absconsas certè indicauit Tertullianus dicens: *per Greciam, & quasdam..... eius plures Ecclesiæ Virgines suas abscondunt.*

a *Eadem p.3. virid. c.5.*

Sanctimonialium origo tempore Euangelico.

SAnctissima Dei mater Maria Virgo perpetua, Virginũ Regina, & Magistra, Sanctimonialibus dux fuit ad obedientiam, ad virginitatem, ad paupertatem sectandam, ad hominum conspectum euitandum, S. Ambrosius in Lucam, eam in penetralibus solam, quam nemo virorum videret, A Gabriele Ar- b
changelo repertam scripsit.

Obedientiam prætulit, cum dixit, *Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum*; diuinæ voluntati per omnia se conformem exhibuit, idemq. humilitatẽ, & charitatem ostendit. Filium obedientię magistrum habuit, qui didicit ex his, quæ passus est, obedientiam.

Paupertatem adamauit, & imo pectore complexa est.

Virginitatẽ Deo ex voto eam consecrasse, Augustinus, Beda, Anselmus & alij (quos recẽset, & sequitur Canisius) affirmant, ex eius verbis ad Angelũ. *Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco?* Maldonatus, Barradiusque, & alij nonnulli in eorundem verborum explicatione idem docuerunt. S. Tho. 3. p. q. 28. artic. 4. post dispensationem, simul cum spon-

sponso votum virginitatis eam edidisse, verè
censuit: ab ipsis rationis vsus initijs, virgini-
tatis seruandæ firmum, absolutumq. propo-
situm habuisse, votum autem etiam emisisse,
ostendit cum multis Theologis, & cum ipso
f S.Th.Su.Quo tempore Virgo hoc voto se
adstrinxerit, non omnes in eadem eunt sen-
tentiā; Quidā dicunt, id factum ab ea, celebra-
to cū Ioseph coniugio, & hunc eū illa se obli-
gatione eadem vinxisse; Alij aiunt, Virginem
ante initum coniugium cum Ioseph, se. ea
adiecta conditione, voto obligasse, nisi Deus
aliud de se statuerit; post coniugum autem,
votum virginitatis, nulla addita conditione,
nuncupasse. Suar. duo docet. Primum, Virgi-
nem, ante Filij conceptionem, sine vlla con-
ditione, votum castitatis edidisse, & ita S.Th.
ad primū, Canisius, nonnulliq. alij Theologi,
& colligi potest ex c. sufficiat, c. Beata Maria,
27. q. 2. ex nonnullis Patribus, & ex verbis
Quomodo fiet istud, &c. Secundum, id illam,
ante nuptias cum sponso celebratas, fecisse;
quæ sententia communis Theologorum est,
Primam omnium Beatissimam Mariam Dei
Matrem, huiusmodi votum nuncupasse, opi-
nantur Bernardus, hom. 2. & 3. in *Missus est*,
& sermone in *Signum magnum, &c.* Beda in
c. 1. Luce. Ambrosius l. de Inst. virg. Rupertus
l. 3. in Cant. Abulensis in ca. 18. l. 4 Reg. q. 19.
Landulphus p. 1. c. 2. de vita Christi. Hier. ep. 2.
ad Eustochium, idem sentisse videtur, cum
dixit *Mihi Virginitas in Maria dedicatur,
& Christo:* fuerunt in eadē sententia Alber-
tus Magnus c. 82. in *Missus est*; S. Antoninus,
p. 4. Sum. Th. tit. 15. c. 20 §. 10. S. Bon. li. 1. Pha-
retræ cap. 5. Viguerius c. 20. §. 9. Instit. Theol.
Canisius li. citato, Suar. sect. 3. Barradius l. c.
Coniectura à S. Tho. indicata esse potest: vir-
ginitatis votum statū respicit perfectionis, &
hoc in lege gratiæ in Christo, & in illius Ma-
tre initium habere docuit.

Epiphanius : hæresi 78. refert, veteris
Ecclesiæ morem fuisse, virginitatem Deo
promittere in honorem, & imitationem
B. Mariæ. Albertus Magnus: & eū sequutus
S. Ant. dixere, B. Virginē, Matrē omniū virgi-
nū esse in virginitate: quæ prima, sine præce-
pto, consilio, vel exēplo, virginitatis munus
Deo obtulit; per quod omnes virgines per
imitationē virginitatis genuit; Ioānes Vigue-
rius Mariā ideo Virginē Virginū dici, tradit:
quia, Deo inspirante, prima fuit inter mulie-
res, quæ virginitatem vouit. Sola sine exēplo
Domino placuit, inuentrix Ordinis Virginū,
& vitæ Angelicæ, & Virgo virginū, & Abba-
tissa, ac Regina, Princeps, Magistraq. earum
rectissimè appellari potest. *Hunc primam* (ait
Canisius) *viam inuenit Deipara, & inuentā
Adæ filijs dux, & magistra demonstrauit, vt
in carne vitam angelicam degant, purumque,
ac perpetuum cælibatum voto sancto confir-
ment.* Insignis in Ecclesia sacrarū virginum
numerus Agnum, & Agni matrem secutus g
est, sequitur, ac sequetur V. S. Ambrosium.

De paupertate Virginis, quid attinet dice-
re? Sponte Virgo pauperiem dilexit, intimo-
que, Dei causa, complexa est sinu; mortalium
cōtempsit opes spiritu pauper, æternarum di-
uitiarum desiderio inflammata, Spiritum
sanctū secuta Ducē, pauperi sponso cōnubio
est iuncta, pauperem vitā duxit, lanæ, aut lini
opus exercuit; in stabulo, cum ei in diuersorio
locus nō esset, Filium peperit, in præsepio
reposuit, humilibus obuoluit panniculis, & in
fæno iacere passa est; libet audire Cyprianū,
Veniunt in Bethleem, (pastores.) *quē prædixit
Gabriel, inueniunt Emanuel. Ciuitas parua,
dom⁹ paupercula supellex ex qua nulla dom⁹
ābitio, nisi reclinatoriū in stabulo, Mater in
fæno, Fili⁹ in præsepio; tale elegit Fabricator
mūdi hospitiū; huiusmodi habuit delitias Sa-
cra Virginis puerperiū; panniculi pro purpura
pro bysso in ornatu regio lacinia cōgeruntur;* h
*genitrix est, & obstetrix, & deuotā dilectæ so-
bolis exhibet clientelā;* & Bernardus *Nascitu-
rus itaq. Dei Filius, cui⁹ in arbitrio erat, quod
cunq. vellet eligere tēpus elegit quod molesti⁹
est, præsertī paruulo, & pauperis Matris Fi-
lio, qua vix pannos haberet ad inuoluendū, præ-
sepe ad reclinandū; & cū esset tanta necessitas,
nullā audio pellicū fieri mētionē;* & paulo post
*in stabulo nascitur Christus, et in præsepio re-
clinatur, & nonne ipse est, qui dicit, Meus est
orbis terræ, & plenitudo ei⁹, Quid ergo stabu-
lū elegit? plane, vt reprobet gloriā mundi, da-
mnet sæculi vanitatē.* Placuit pauperies Chri- i
sto, placuit Matri Virgini, quæ Filio simillī-
ma, eā summopere amauit. & Regū opibus,
delitijsque prætulit: cum Filium in tēplo ob-
tulit, agnum, quia pauper, offerre nō potuit:
si quæras de auro à Magis oblato, pauperib.
ab ea donatum, coniicere licet. Quid inquies,
dicēdū de voto paupertatis? Apostolos huius-
modi voto se obstrinxisse, verisimile existi-
māt ex verbis, *Ecce nos reliquim⁹ omnia, &c.*
viri docti: Beatam Virginem eorū Magistrā,
illisque virtutum ornamentis illustriorem,
idem fecisse, nonnullus opinabitur. Nascentis
Ecclesiæ initio, fideles paupertatis votum nū-
cupasse, probabile putat Cornelius a Lapide

in c.5.Act.Apost.Statum religiosum à Christo Domino institutũ, non ambigo,& ostendit Franciscus Suarez lib.7.ca.2. tom.3.de Religione,vbi addit,Apostolos vere fuisse trium votorum nũcupatione religiosos: quã sententiam S.Augustinus lib.2.c. 17.de consensu Euangelistarum,lib. 17. c.4.de Ciuitate Dei,& qu.4.epist.89. indicauit: & docuerunt S.Th.2.2.q.88.ar.4.ad 3.& q.186.artic.4.ad 1. Aluarus Pelagius lib.2.cap.56. de planctu Ecclesiæ,Palud.in 4.d.38.Castrensis v.votum contra hereses Io.Gerson.Alphab.42.serm.de Cœna Domini,& Alph.22.littera,N, regularem vitam ab Apostolis originem habuisse scribit: & Dominicus à Soto lib. 7.de iust.& iu.q.2.artic.5.col.2. ex D. Dionys. Cardinalis Bellar.lib.1.c.5.de Monachis,§. Sexto.Hieronymus Plato de Bono statu religiosi, Cornelius à Lapide l.c. Antonius Caracciolus in Synopsi ver. relig. rituum, in notis ad præfationẽ constitutionum Clericorũ Regulariũ. Verani sententiã, tradentem, Apostolos cõmunem vixisse vitam, & substãtialia Religionis vouisse probat valide, doctus amicus Gabriel Pennottus lib.2.cap.5 Hist.Tripart.Clericorum Canonicorum.

Santissima Dei Mater Maria, Virgo perpetua, virginum Regina, monialibus ad virtutes omnes,ad victorias, ad triumphos, ad celestis gloriæ coronas facem prætulit. Virginum sacrandarum institutum queres? A religioso hominum ordine (excipe Apostolos religiosam vitam professos antiquius) & ab ipsis Apostolis sacrarum mulierum cætum ortum dixisse,nonnulli existimarunt.

S.Iphigeniam regiam Virginem à S.Mattheo Baptismo donatam, edoctãq. sacro velo consecratam,cum multis virginibus vixisse, non defuere, qui scripserint: Abdias Babilonius,Petrus de Natalibus, & Ribadenera ex ijs fuerunt,& ex Abdia, Claudius Espensæus de Continentia l.4. c. 9. Martyrologium Romanum die 21. Septembris, Sanctam hanc Virginem Iphigeniam à S. Mattheo baptizatam, Deoq; dicatam,fatetur.Th. Sanc.in Op. mor. hanc virginem Sanctimonialem agnoscit,& Suar.to.3.de Relig.l.& c.3.n. 12.

S. Martha, dracone interfecto, multarum sororum cętum coegit,templum in Dei Matris honorem, cœnobiumque construxit. S. Maximini consilio (S.Antonino teste) obsecuta,ibique asperum vitæ genus amplexa, non carneum,non oua,non caseum comedit, non bibit vinum; semel tantum in die cibum sumens,centies noctu, centies interdiu in precibus procumbebat in genua.

S.Ignatius Episcopus. & Martyr. Apostolorum temporibus vicinus, sacrarum virginum collegium memorat,epistola ad Philippenses,*Saluto (inquit) congregationem virginum, legionem uiduarium*, legunt alij ex alia versione,saluto collegium virginum, & cætum viduarum; Monasteriũ intelligit Cardinalis Baronius. locutum autẽ S. Ignatium de Virginibus Deo dicatis, disce ex illis verbis: *Agnoscent Virgines cui se consecrauerunt*.

Flauia Domitilla virgo, nobili deinde illustrata martyrio,Plautillæ Clementis Cõsulis sororis filia,& Clementis eiusdem neptis,baptismo à Petro Apostolo aucta,à S.Clemente Romano Pontifice ad pietatem instituta, cum Deo virginitatem fuisset pollicita,ab eodem sacro velamina consecrata fuit.

Valeriam virginem,cælestis Regis sponsã, virginitatẽ mentis, & corporis Deo deuouisse,& pro Christo obtruncatam, æternam inuenisse vitã, S.Martialis Lemonicensis Antistes testatus est.Suarez Monialium institutum vetustissimum,perpetuumq. in Ecclesia fuisse affirmat, & virgines à tẽporibus Apostolicis sacras veloque virginitatis donatas, S.Iphygeniã à S.Mattheo,S.Teclã à S.Paulo, S.Petronillã à S. Petro cõsecratas,& S. Marthã,Massiliæ virginum collegium instituisse, & cum illis ad obitum vsque vixisse. Benedictus Iustinianus in capit. 7. epist. 1. ad Cor. Collegij virginum à S. Martha instituti meminit;regiæque puellæ, quæ S. Mattheo auctore,virginitatem vouit;& Sãcti Ignatij testimonio *puellas plurimas* ipso nascentis Ecclesiæ exordio *virginitatis* voto se adstrinxisse, ostendit. Quattuor Philippi filiæ virgines vaticinãtes,in quib. S.Hieronymus primitias virginitatis, post Christi Crucem, cõsecratas dixit,fortasse voto Deo virginitatem dicauerant. Piamon Abbas, apud Cassianum, primos fideles,quorum erat cor vnum, & anima vna,Cenobitas appellauit. Card. Bell. l. 2. de monachis, cap.5.§.3.docet. Tertullianum, qui de velandis virginibus, & Cyprianum, qui de Habitu virginum, opuscula edidere, de virginibus Deo, per solemnem professionem indicatis,locutos,ostendit.

Non naturali tamen,non Diuino, sed ecclesiastico iure præceptam esse Sanctimonialium clausuram,exploratum est, vt dixi. De hac re Azor.tom.1.Inst.mor.lib. 13.c.82. Ludouicus Miranda,de Monialibus,q. 1.artic.1. Nauarr.com.4. de Reg. Sanchez tom. 2. Op. Mor.lib.6.c.15.nu.3.

a *Ead.p.3.virid.c.5.* b *lib.2.* c *De obedientia Virginis, Masellus libr.6.capit.12.Canisius.* d *Heb.5.* e *lib.1.c.14.de B.Vir.nu.34.to.1.Co.in Cat.c. & Hist.Eu-ag.lib.7.c.8.* f *to.2.in p.3.disp.6.sect.1.sect.2.* g *lib.3.de virginit.* h *serm. de Natiuit.* i *Vide etiam si libet, S.Brigittam, lib.4.c.76.Reuelat.*

Magnus olim Sanctimonialiũ numerus; Quo primum tẽpore, Romæ conspectæ Moniales.

EX Monialibus,quædam olim in priuatis ædibus cum parentibus,seu cognatis,siue alijs bonis Christi fidelibus: quædam in aliarum Sanctimonialium contubernio degebant; Claudium Espensæum, Petrum Canisium lib.2. c. 14.de Beata Virg. Cardinalem Baronium,Suarez,tom.4.de Relig. (vt alios silentio prætermeam)huius rei testes habes C. Baronius in Annalibus Ecclesiasticis,duplex hoc virginum, quæ se Deo vouerunt, genus explicat; inter eas, quæ priuatas incolebant edes,Marcellinam, Ambrosij sãctissimi Mediolanẽsium Episcopi sororem, à Liberio sacratam,quæ cum opibus afflueret,alias etiam Virgines sibi adiũxerat,Eustochium, Principiam, Demetriamque recenset. Harum virginum, & earum, quæ in cœnobio religiosam ducunt vitam, genus S. Gregorius Nazianzenorum Antistes, cognomento Theologus,in Carmine ad Hellenium indicauit.

Atque ita gustato Christo, feliciter ipsis
Gustato prius est facta medela cibo,
Ac multæ tales toto versantur in orbe,
Qua se cunque Dei porrigit alma fides
Pars animis partib. incensa cupidine regni
Tecta eadẽ, & vnã pargenus usq.colit.
Assidet infirmis pars altera. patrib. aut cũ
Fratribus in sancta uirginitate manet.

S.Austrebertam virginẽ Audomarus Trauanensis Episcopus Christo sponso cõsecrauit:vixit hęc aliquandiu sic consecrata in paternis ædibus, deinde monasterium,cui Burgefledis præerat,ingressa est;tandem monasterio Pauliacensi fuit prædicta. Vixit Dagoberti Francorum Regis æuo, ex Surio in eius vita tom.1.in Februario.

Ingentem Sanctimonialium priscarũ numerũ,ex Gregorio Theologo, ex Theodoreto,& Ambrosio innotescit.Gregorium audiuisti, canentem!

Ac multæ tales toto uersantur in orbe,
Quæ se cunque Dei porrigit alma Fides.

Ambrosiũ audi. *De placẽtino sacrãdæ uirgines ueniunt;de Bonoiẽ, ueniunt, de Mauritania ueniunt, ut hic uelentur;* & paulo post *Ex ultimis etiam, ultraq. Mauritaniæ partibus,deductæ Virgines hic sacrari gestiunt, & cum sint omnes familiæ in uinculis, pudicitia tamẽ nescit esse captiua.Quid de Bononiensib. uirginibus loquar fecũdo pudoris agmina,quæ mundanis se delicijs abdicãtes,sacrarium uirginibus incolunt?* alibi clarius. *Discite quãtas Alexãdrina,totiusque Orientis, et Africana Ecclesia quotannis sacrare consueuerit(uirgines) pauciores hic homines prodeunt. quã illic uirgines cõsecrãtur.* Cõsẽtit Augustinus, l.30. cõtra Faustũ dicens, maiorẽ pęnę in Ecclesijs omnibus virginũ,quã mulierũ haberi numerositatẽ. Theodoretus Cyrenẽsis Episcopus, nõ minus,quã Ambrosius placebit;verba eius refero latinitate donata. *Multæ.n.partim qui dẽ uitã amplexæ sunt solitariam partim autẽ uiuere amarunt cum pluribus;adeo ut ducẽtæ quinquaginta,et plures, et pauciores simul uiuãt,uno cibo uescẽtes. supra solas storeas ex instituto dormientes,et manus quidem lanæ tribuẽtes,hymnis uero linguam cõsecrãtes: sunt eiusmodi innumerabilia sapiẽtiæ gymnasia,nõ solum nostra regione,sed ẽt per totum Oriẽtẽ, ijs autẽ plena est, et Palestina,et Aegyptus. et Asia et Põtus,et tota Europa. ex quo .n.Christus Dominus honorauit uirginitatem, ut qui natus sit ex Virginitate,prata uirginitatis natura germinauit, et hos suaue olentes, et qui non marcescunt,flores offert Creatori.*

Ignatio Episcopo, & martyre, superstite, Philippis virginũ Deo dicatarũ,quibus salutẽ dixit, collegiũ extabat. Hieronymus ad Sabinianũ,monasteriorũ Ægypti & Syriæ, virginũ,& viduarũ meminit,dicẽs. *Moris est ĩ Aegypti,et Syriæ monasterijs,ut tã uirgo quã uidua quæ se Deo uouerint,et sæculo renunciantes,oẽs delitias sæculi cõculcarit, crinẽ monasteriorũ Matribus offerãt desecãdum,nõ intecto,postea,cõtra Apostoli uoluntatẽ, incẽssura capite, sed ligato pariter, ac uelato. nec hoc quispiã præter eodẽtes nouit,et tonsas; nisi quẽ quia ab omnib.fit,pene scitur,uel ab omnib.*

De monasterio à Paula Romani Senatus prima, Betheelem erecto, in eius Epitaphio ad Eustochium: hæc *Post virorum monasterium, quod uiris tradiderat gubernandum, plures uirgines quas à diuersis prouincijs congregarat, tam nobiles, quam medij, & infimi generis, ĩ tres turmas,monasteriaq. diuisit,etc.*

Helena sacris virginibus Hierosolymis prębuit epulum,& famulæ habitu succincta,eisdem ministrauit, & Regina orbis, ac mater Imperij famularum Christi se famulam deputauit; huius filius Constantinus Imperator sanctissimum perpetuarum virginũ cœtum,

(uit

d (ait Eusebius)constanter colebat, quod in ea-
rum mentibus Deum ipsum cui se consecra-
uerant,inhabitare crederet. S.Gregorius tria
e millia Sanctimonialium alebat; Antinoi, Æ-
f gypti vrbe duodecim erant Sanctimonialiũ
cænobia;ad Nili ripam in monasterio Tebe-
nensis,quadringentæ monachæ, S.Pachomij
disciplinam sequentes degebant. Palladius
li.8.de vitis Patrum.c.39.

Posteriora,& recẽtia tempora si inspicias,
in vno Minorum obseruantium Ordine,in
Comitijs generalibus in Hispania habitis an.
1633.quindecim millia Monialium cænobia;
& ducenta quinquaginta earum,solemnibus
votis deuinctarum, millia, recensita à viris
grauibus,qui ijs Comitijs interfuerunt, au-
diui,& legis schedulis.

De tẽpore, quo Sanctimoniales in mona-
sterijs Romæ cõspectæ, S. Hieronymus in
epitaphio Marcellæ viduæ ad Principiam
virginem,suo æuo hoc accidisse, testatus est,
g his verbis. *Audiuimus, te illius adhæsisse con-*
sortio, & nũquã ab illa,ne transuersũ quidem
vnguem,vt dicitur,recessisse,eadem domo, eo-
dem cubiculo vsam, vt omnibus in vrbe cla-
rissima notum fieret, & te matrem, & illam
filiam reperisse; suburbanus ager vobis pro
Monasterio fuit,& rus electum pro solitudine;
mutoq; ita vixistis tempore, vt ex imitatione
vestri,& conuersione multarum,gauderemus,
Romam factam Hierosolymam, crebra virgi-
num monasteria,monachorum innumerabilis
multitudo, vt pro multitudine seruiẽtiũ Deo,
quod prius ignominia fuerat,esset postea gloria.

h Athanasiũ persecutionũ procellis aliquan-
do iactatum, à quo S. Antonij Egyptij, mo-
nachorum patris,vita conscripta, & visus in
Ægypto S. Pachomius monachatũ in Occi-
dentẽ,Romã præcipuè, detulisse, constat: de
qua re Cardinalis Baronius in Annalibus Ec-
clesiasticis,ad annũ 328. viderat monachorũ
in Ægypto cęnobia, Romã profectus mona-
sticũ celebrauit institutũ:quod viri,& mulie-
res magno animo susceperunt, Eustochium
virga, magnæ Paulæ filio Sanctimonialis
Romæ in priuatis edibus fuit, prima Roma-
næ vrbis virgo nobilis à Hieronymo nuncu-
pata, *Nunc*, ait, *ad te omnis dirigatur oratio,*
quæ quãto prima Romanæ vrbis virgo nobilis
esse cœpisti,tanto tibi amplius laborandum est,
ne & præsentib. bonis careas, & futuris; Mo-
nitis eã deinde alijs excitat: *sorores tuæ cursi-*
tent,& quærant, quomodo Christũ hospitẽ su-
scipiant; tu semel sæculi onere protecto, sede ad
pedes Domini,& dic; Inueni eũ, quẽ quærebat
anima mea, tenebo eum, & nõ dimittam, &c.
semper te cubiculi tui secreta custodiant; sẽper
tecũ spõsus ludat intrinsecus. Oras,loqueris ad
sponsum,legis,ille tibi loquitur, &c. Ab eo au-
dies, Hortus cõclusus soror mea sponsa, hortus
conclusus,fõs signatus;caue ne domũ exeas, &
velis videre filias regionis alienæ & foris va-
gẽtur virgines stultæ;tu intrĩsecus esto cũ spõso.

Cardinalis Baronius, in Notis ad Marty-
rologiũ Romanum,S.Marcellam viduam in- i.
gẽtibus animis,nobilitatis fastũ calcãtem pri-
mam in vrbe monasticam vitam ab Athana-
sio traditam exercuisse,memoriæ prodidit.S.
Pachomij nomẽ, disciplinamq; monachorum
ab illo institutorũ,idem,S.Athanasius primus
Romam aduexit.Pachomius autem Monia-
libus sororem etiã Præfectam dedit, vt ostẽdi K
alio loco. Dum ille Ecclesias,sibi subiectas,&
quæ erant in solitudine,lustraret,S.Pachomij
monasterium vidit.

a *lib.1.de virginibus ad Marcellinam soro-*
rem. b *lib.3.* c *Ex eius epistolâ ad Philippenses.*
d *li.2.vitæ c.28.Io.Diac.S. lib. 2.c. 1.* e *vita S.*
Greg. f *Palladius l.7.c.137.* g *epi. 16.* h *Die 13.*
Ia.iiv.Epit.Marcellæ. k *vide S.Hierony. epis.*
16. ad Principium 5.

De septis,quibus Sanctimoniales clausa. Quo
primum tempore intra septa vixerint.

S. Martam S.Mariæ Magdalenæ sororem
iunctis sibi alijs mulieribus, monasteriũ
incoluisse, tradunt nonnulli: & ego indicaui
superius. Petrus Maturus, in Notationibus ad
Historiam. S. Anton. sacras virgines quarto
sæculo clausas fuisse, ex eius verbis colligit;
idq. ex Tripartita cõfirmat: monasteriorum
Paulæ meminit Hieronymus, etiam epistola
ad Sabinianum Diaconũ,insano sacræ virgi-
nis amore captum. *Post Apostoli Petri basili-*
cam, inquit, *In qua Christi flameo consecrata*
est,post Crucis & Resurrectionis, & Ascensio-
nis dominicæ sacramẽta in quibus rursum se
in monasterio victurã,spoponderat, audes cri-
men; accipere tecum noctibus dormiturã,quã
Christus messuerat in spelunca? Deinde a
vespere vsque mane, fenestræ illius assides; &
quia propter altitudinem, hærere vobis cẽmi-
nus nõ licebat;per funiculum vel accipis ali-
quid,vel remittis.Vide,quanta diligentia Do-
mini fuerit,vt nunquam domi virginem, nisi
in Ecclesia, videris; & cum talem vterque
vestrum habuerit voluntatem, nisi per fene-
strã,nocte facultas vobis nõ fuerit colloquendi.

Romæ in Basilica S.Petri flammeũ, & ve-
lum acceperat virgo,& Bethleem cũ Paula,
et Eustochio accesserat.(vt reor)ter professio-
nem

nem ediderat, scilicet in die Crucis, Resurrectionis & Ascensionis.

Gregorius Nazianzenus de sacris virginibus sub eod. tecto degentibus cecinit.

Pars animis paribus incensa cupidine regni
Tecta eadē, & vita par genus atq. colit.

Gregori⁹ Nissen⁹ Basilij Magni, magnæq. Macrinæ frater, epistola ad Olimpiū monachū, de vita, moribusque Macrinæ dissseruit; Hæc virginum collegium rexit, & virtutibus erudiuit; ab infantia autem in diuinarum litterarum studia incubuit, in sapientiam Salamonis in primis, & Psalmos, quorum cantilenam, surgens è lecto, accedens ad studia, ab eis recedens, cibum sumens recedens à mensa, cubitū pergens, ad preces exurgens semper habebat; Matrem viduam Macrina, Deo consecrata, ad monasterium, ad sapientiæ studiū, ad puram vitę rationem adduxit; Virginum illic degentiū vna erat mensa, similis lectulus, par & æqua rerum omnium ad vitam spectantium ratio, dignitatis differentia ex virginum multitudine sublata. *Talis erat* (præstat Gregorij verba ad pietatem excitantia referre) *vitæ ordo, tantaq. in sapientiæ studio præstantia, tam grauis viuendi disciplina, vt nulla describi possit orationis facultate; quales enim sunt animi, qui corporis vinculis soluti, molestiisq. liberati ex hoc vitæ carcere euolauerūt, talis erat earū vita: quæ ab omni rerum humanarum vanitate aliena, ad Angelorum vitæ similitudinem proxime accedebat; non ira, non inuidia, non odium, nō suspitio in ea cernebatur: omnis honoris gloria, & aliarum id genus inanium rerum cupiditas, omnis fastus, & superbia, & alia similia vitia inde reiecta erant; delitias suas in temperantia collocabant, gloriam suam in eo putabant sitam, quod nota essent nemini; diuitias, quod nihil possiderent; quodque terrenas omnes copias tanquam puluerem a corporibus suis excussissent, &c. sola illic rerum diuinarū vigebat cura, perpetuumque precandi studium, & assidua psalmorum decantatio, quæ nullo vnquā tempore, nec die, nec nocte intermittebatur, vt in ea re, & opus ipsarū pariter, & quies cōsisteret, &c. erat ipsarum vita inter humanam, cælestemq. naturam interiecta, vtriusq. particeps, virtusque finitima.* Hæc Nyssenus ad Olimpium. Porro Macrina earum virginum dux erat, & magistra, quæ aliquando ægrotans, non in lecto, strato ve quopiam, sed humi, tabula sacco subiecta, & altera puluinaris loco caput eius sublstinente, quiescebat; De hac virgine sanctimoniæ, & doctrinę fasti- gio insigni, cuius discipulū, eloquētiū Theologorū vertex Gregorius idem se profitetur, Martyrologium Romanum, die 19. Iulij.

Alia, innumera fere, sacrarum, fœminarū monasteria priscorū temporum referre possem, in quibus illæ parietibus septæ Deo viuebant. S. Pachomius Thebenensis Abbas multos habuit sui instituti sectatores, monasterium proprium, & magnum in quo ipse viuebat, mille, & quadringentos alebat viros; feminarum etiam cænobium condidit, in eo eadē viuendi forma, quæ in monasterijs virorū; idemque institutū, præter melotē (ouillā scilicet pellem) trans Nilū erat fœminarū cenobium, ex aduerso monachorum. Si virgo obiret, reliquæ virgines cadauer cōcinabant ad sepulturam, & ad Nili ripam efferebant; Monachi flumen traijcientes, cum palmis & oliuę ramis, & psalmodia illud transferebant, & in suis humabant sepulchris. S. Pachomij soror monialium tam insignis monasterij mater ea instruebat, vt cor à rebus terrenis abstractum, ad cælestia, & mansura erigeret.

S. Amon virgo cum virgine coniuge aliquando vixit; deinde ille monachorum, hæc virginum multitudines congregauit. Ruffinus li. 2. de vitis Patrum, cap. 30. Amon vixit tempore S. Antonij Abbatis.

a *par. 2. tit.* b *In epitaphio Paulæ ad Eustoc.* c *Sic Marianus Victorius in scholijs in epis. 48. S. Hieronymi.* d *Ex Palladio l. 8. de vitis Patrum c. 39.* e *Palladio li. cit. cap. 8.*

Sanctimoniales nonnullæ olim è monasterijs aliquando egrediebantur, nonnullæ intra septa continebantur.

Vidimus paulò ante, Sanctimoniales S. Pachomij disciplinam seruantes, defūctarum cadauera ad Nili ripam efferre consueuisse. Leoni Tertio, cui non pauci fuerant infensi, Caroli Magni ope, Romam redeunti, Sanctimoniales ipsas obuiam processisse, Anastasius Bibliothecarius his verbis testatur. *Tunc Romani præ nimio gaudio suū recipientes Pastorem, omnes generaliter in vigilia B. Andreæ Apostoli, tam Proceres Clericorum, cum omnibus Clericis, quā Optimates, & Senatus, cunctaq. militia, & vniuersus populus Romanus cū Sāctimonialibus, & Diaconissis, & nobilissimis matronis, &c. omnes conexi ad Ponte Miluiū cū signis, & bandis, & canticis spiritualib. susceperūt, & ad Ecclesiā B. Petri Apostoli eum deduxerunt, vbi & Missarum solēnia celebrauit.* Virgo sacra, quā Sabinianus Diaconus deperibat, in B. silica S. Petri, Christi consecrata fl. mmeo, ad cęnobiū Bethlehemi-

lecmiticum profecta, ex eo in templum sacræ speluncæ, in qua Dei Filius natus, se conferebat, eamque nunquam, nisi in Ecclesia, à Sabiniano cõspectam. S. Hieronymi ostendit calamus. Sed his nõ immoror, ne in meridie lucernã adhiberi à me, putes. Ostendendum paucis, Moniales quæ è monasterijs pedem nõ efferebant, priscis tẽporibus, non defuisse.

S. Cæsarius Episcopus Arelatẽsis, fœminarum cænobium, tanquã arcem condidit; Cesariã sororem è Massiliensi monasterio (illuc eam miserat, vt disceret quod doceret, & discipula prius esset quàm magistra) cum paucis sodalibus euocauit; multæ virginũ cateruæ, fallaces rerũ labentiũ flores contemnentes, ad eum locum, Cæsarij Patris, & Cesariæ matris sinum expetentes, confluxerunt. Erãt autẽ (ait author historiæ) in illo loco adeo inclusæ, vt vsque ad supremũ vitæ diẽ, nulli earũ fas esset extra monasterij locũ pgredi. Ex Cypriano S. Cęsarij discipulo, in eius vita ad Cęsariã Abbatissã, t. 4. Surij, in Augusto, viuebatis S. Cęsarius an. 454. cũ Põtifex Max. Romæ, Theodoricus, Rex Rauẽnæ magni fecit.

De insigni insigniũ feminarum in interiori Thebaide monasterio, in quo Euphrasia virgo, regio sanguine genita, infans fere, sacras vestes induit, scriptor vitæ illius pręclarę memoriæ prodidit: quæ hic ex eo referã, rationẽ viuendi Monialium, vetitumq; è monasterio
c egressũ indicabunt. *Erat autẽ*, inquit *in quadã urbe Monasterium fœminarum, in quo plus minus centum, et trigĩta degebant; in eo nemo uel uinum, uel oleum, uel uuas, aut ficus, aut poma in cibum sumebat. erãt ĩter eas, quæ ab infãtia, se ne nouisse quidem poma, assererent; eæq. interdum leguminib. alias olerib. vescebãtur, sed nullo oleo cõditis. Quadã earum uespere sumebãt cibum quadã post biduum, nõnulla post triduum; nulla earũ pedes lauabat aqua; balnea uero, quod eis corporũ nudatio abhominabilis uideretur, nec audire, sustinebãt; cubabãt oẽs humi in cilicio, quæ in latum unius, in longum trium esset cubitorum; nec erat requies diuturna; uestes quoq. habebãt cilicinas, quæ in pedes usq. se porrigerent; laboris autem tãtum quæque, siue operis suscipiebant, quantum uires paterentur. Si qua in morbum incidisset, nulla ei medicorum formenta adhibebãtur, sed pro maximo Dei beneficio accipiebat eã morbi molestiã, ferens æquanimiter, donec à Deo curaretur. Nulla ex eis è monasterio egrediebatur; ad fores monasterij tantũ ianitrix erat; quæ si quid nũciatũ esset, intrò pferebat; responsaq. referebat. multa illic curationes diuinitus fiebãt.* Sub Theodosio Imp. floruit S. Euphrasia. Cardin. Baronius in Not. ad Martyr. Rom. 13. Martij.

In Monasterio a S. Melania cõstructo, virgines nonaginta, nonnullæq; ab impuris illecebris ad veram pęnitentiam peragendã traductæ fœminæ: omnibus eæ à Melania datæ leges; ne cũ viris vnquam sermonẽ haberent; ex monasterio nõ egrederẽtur; nihilq; vnquã; ab ijs acciperẽt, qui extra fuissent. Ex eius vita. tom. 1. Surij in Ianuario. Æuo Eudoxiæ, Theodosij cõiugis, vixit Melania iunior, quæ Melaniæ senioris, neptis fuit. Vide Palladium l. 8. c. 119. de vitis Patrũ, Rosuueidũ in præludijs ad l. 8. de vit. Pat. vbi de iunioris Melanię, & Piniani coniugis peregrinatione accuratè.

De clausula præscripta à Cõcilio Carthaginensi tertio, cap. 33. & à canone 46. Trullano, qui sextæ adscribitur Synodo, alio in loco paucis scripsi. Conciliũ Cabilonense 2. canone 65. *Sãctimoniales*, ait, *nisi fortè Abbatissa sua pro aliqua necessitate incumbẽte, illas mittẽte, nequaquã de monasterio egrediãtur*, c. autẽ 57. de Abbatissa leges, eã, sine Episcopi licentia, nisi in quibusdã casib. egredi nõ posse.

In Cõstitutionib. Caroli Magni, à Clothario Imperatore eius nepote in Epitomẽ redactis, Hinc mari seculo, anno scilicet Christi Domini 800. hanc offendes constitutionẽ: *De monasterijs, vbi Nonnan sine regula sedent,* d
volumus, vt in vno loco congregatio fiat regularis, & Episcopus prauideat, vbi fieri possit; & vt nulla Abbatissa foras monasteria exire præsumat, sine nostra iussione; nec sibi subditas facere permittat; & earum claustra sint bene firmata. In Cõc. Lug. 3. (edito à P. Iacobo Sirmõdo, cum alijs veteribus Galliæ Concilijs) can. 3. puellæ, quæ in monasterio conclusionẽ elegerunt, & deinde discesserunt, à cõmunionis gratia segregantur, quousq; ad monasterium redeant anno 583. & paulo ante (anno 581.) Cõcilium Matisconẽse de septis monasteriorum (loquitur can. 19.) referens, Agnetẽ monachã, fuga è monasterij septis egressã, & ad ea deinde reuocatã Cõc. Aquisgranẽse (t. 2. Cõc. ab eodẽ editorũ) c. 12. *Summa intentione*, ait, *Abbatissa satagendum est, ut monasteria puelarum ita undiq. firmissimis circundẽt munitionibus, ut nulli intrãdi, aut exeundi, nisi p portã pateat aditus; quatenus nec uiri quid quã quod nõ decet, in eorum claustris agendi, Sanctimoniales foras uagãdi habeãt facultatem.*

De antiquitate clausuræ Moniaiũ, Dionysius Carthusianus in Dialog. inter sponsum Christũ, & sponsam Monialẽ, ar. 3. & 4. Hoc autem 4. articulo, refert verba hæc Hierony-

mi

mi ad suas Moniales. *Extra Monasterij limitem nulli vestrũ liceat exire, hac lex, hac arma; sed hac summa professio sit omnibus vobis, vt qua semel intrauerit, post professionem nũquam permittatur exire.* At regulam Sanctimonialium; quæ habetur to. 12. Operum S. Hieronymi, illius non esse, censet Rosuueidus in Not. in Vitas Patrum.

NOTATIO.

NOnnæ, dicuntur etiam Nonnanes, & Nunnanes: sunt autem Nonnæ Sanctimoniales. In epistola 19. Bonifacij Archiepiscopi leges. *Si reus inuentus fuerit, vt cum velata, & consecrata Domino Nonna concubuisset; & adulteris, & monasteria Nonnarũ.* & c. lib. 2. Capitulariũm c. 2. *Similiter, & Nonnæ velatæ eadem pœnitentia contineantur.* S. Hieron. epist. 22. de virginitate seruanda ad Eustochium. *Quæ Maritorum experta dominatum, viduitatis praferunt libertatem, castæ vocantur, & Nonnæ.* Hæc, & alia de voce, *Nonna*, Heribertus Rosuueidus, in Onomastico verbo Nonna, vbi Glossarium Clambetonense manuscriptum.

Sanctimonialis, Nunna, monacha, monialis. Nonnas, Nonnanes dictas, ex capitularibus non vno in loco, disces, li. 5. tit. 136. *similiter, & Nonnanes velata eodem pœnitentia teneantur.* consule Rosuueidum lib. citato.

S. Hieronymus, initio prologi vitę S. Hilarionis, l. 1. de vitis Patrum, Asellam *Nonnã* appellauit. *Decus, et dignitas virginum Nonna Asella.* Varijs nominibus vocatæ sunt Moniales. Ab Ignatio; se Deo consecrantes; à Cypriano, Deo dicatæ, ab Optato, velatæ Christi spõsæ; à Hieronymo, Christi flammeo consecratæ; ab Ambrosio, velatæ, & sacro velamine tectæ; ab Augustino Dominicæ, Sanctimoniales, Castimoniales; à Fulgentio Deo consecratæ; ab alijs, Deo per continentiam dicatæ sacræ, perpetuæ cõtinẽtiæ sectatrices, virginitatem, seu continentiam professæ.

Moniales tempore SS. Dominici, et Francisci, in cœnobijs clausa.

S. Dominico Honorius Pontifex præceperat vt Moniales Vrbis varijs in locis degentes, in vnũ cogeret: vt regi facilius, & custodiri cautius possent; tres illi in hac re adiutores addidit: Hugolinum Ostiensem, Nicolaum Tusculanũ Episcopos, & Stephanũ de Fossa noua: sed illæ inueteratam amantes libertatẽ, Pontificis voluntati obsequutæ non sunt. Abbatissa tamẽ, & sorores insignis Cœnobij S. Mariæ Trãstyberim, S. Dominici cohortationibus aures præbuerũt, & anno Domini 1219. 12. Kal. Martij ad Sãcti Sixti monasterium, vbi Sancti Dominici filij habitauerant, indeq. ad S. Sabinam, Pontificis dono, diuerterant, commigrarunt: Prædicatorum patrem, ne vnquam è monasterio exirent, neue parentes, aliosuè intra clausura exciperent, prudẽtissime præcepisse dicunt vno ore sanctissimi viri discipuli, testatumq. reliquit Ferdinandus Castillus p. 1. li. 1. c. 31. Historię Ordinis Fratrum Prædicatorum.

S. Clara à S. Francisco præcelse perfectionis formam edocta, illius consilio, ad S. Damiani templum cum sorore, se contulit, ibi se clausit, virginum Christi collegio instituto, anno 1212. initia posuit. Hugolinus Ostiensis a
Episcopus, (fuit deinde Greg. IX. in Romano Põtificatu) Seraphici Ordinis Protector, Sãcti monialibus S. Damiani, S. Benedicti regulam tradidit, & sacræ clausurę leges; ad Innocẽtio IV. (apud Vuaddignum, ad annũ 1219. anno 4. Honorij Tertij) ad eãdẽ Moniales, quas ordinis Sancti Damiani inclusas nuncupat, datis litteris. Hugoni ei præscriptas leges commemorat: in ijs de Clausura; *omni namq. tẽpore vita sua, clausa manere debẽt; et postquam claustrum huius religionis intrauerint aliqua, regularem habitum assumẽtes, nulla eis concedatur licentia vel facultas inde vlterius exeundi; nisi fortè causa plantãdi vel Edificandi eandem religionem ad aliquẽ locum transmittantur; morientes vero tam domina, quam seruientes, qua professa fuerint, intra claustrum, prout conuenit tumulentur.* Caueat prætereа, ne quis homo sine venia, earũ cœnobium ingrediatur: At verò *De ingressu personarum in monasterium; firmiter, et districtè pracipimus, vt nulla vnquã Abbatissa, vel eius sorores aliquam personam religiosam, seu sacularẽ, aut cuius libet dignitatis i monasteria intrare permittat; nec omnino hoc alicui liceat, nisi cui, et quibus concessum a Summo Põtifice fuerit, vel a nobis, vel post nos ab illo cui, sicut et nobis, solicitudinem & curam specialem, gerendam de vobis, specialiter Dominus Papa duxerit iniungendã.*

Innocentius IV. S. Clara, & sororibus monasterij S. Damiani Assisinatis, poscentibus b
regulã traditam illis à S. Francisco, & a Raynaldo Ostiensi, & Velletrẽsi Episcopo approbatam, Apostolico munimine roborauit, vt ex litteris eius ad Sanctam Claram, & sorores, Assisij datis, anno Pont. eius 11. 5. Kal. Augusti, apertè constat. De clausura loquẽs regula, ait *Capilis* (cu⁹ quæ vult esse Monialis (*to. 5 in.*

in rotondum, & deposito habitu sæculari, concedat ei (Abbatissa scilicet) *tres tunicas, & mātellum. Deinceps extra monasteriū sine vtili, manifesta, & probabili causa eidem exire non liceat; finito vero anno probationis, recipiatur ad obedientiam, promittens vitam, & formam paupertatis in perpetuum obseruare.* paulo post. *Nulla vobiscum residentiam faciat in monasterio nisi recepta fuerit, secundum formam vestræ professionis*; Sororibus seruiētibus licebat ex causa egredi, c.9. de illis hæc: *Sorores seruientes extra monasterium longam moram non faciant, nisi causæ manifestæ necessitatis requirat.* c.11. agitur de ostij monasterij custodia; & hæc ibi. *Nec omnino aperiatur alicui, intrare volenti; nisi concessum fuerit à Summo Pontifice, vel à Domino Cardinali Protectore.* Capellano sine socio ingredi, non licet, hoc habes c. 12. *Nec liceat Capellano, sine socio monasterium ingredi; & intrantes, in loco sint publico, vt se possint alterutrum, & ab alijs intueri.*

NOTATIO.

IN controuersię esse videre potest, an Moniales S. Claræ ante Vrbanū IV. clausuræ lege, ex voto obstringerētur. Ludouicus Miranda, lib. de sacris Monialibus (eum habes in fine tomi primi Manualis Prælatorum regularium) q.1. ar.1. tradit, Moniales S. Claræ clausuram ex voto seruasse, regulamque à S. Francisco eis traditam, Innoc. IV. auctoritate confirmatam fuisse (præerat Ecclesiæ Innocentius IV. anno 1243.) art.2. docet, easdē ante Bonifacium VIII. ex regulæ voto, ad eam obseruādam, fuisse obstrictas; At ego ab hac viri docti sententia non possum non discendere: Regulam perlege; clausuram ab eis non ex voto, sed ex lege seruandam, ni fallor, inuenies Vrbanus IV. mitiorem conditis pro
a S. Clarę sororibus, regulam, secundam nuncupant; & quæ illam sunt amplexæ (Vrbanistæ appellatæ) plures sunt, quam primæ sectatrices. In hac Vrbanus formulā præscripsit edendæ professionis, in eaq. clausuræ vo-
b tum expressit verbo. *Ego soror N. promitto Deo, & Beatissimæ Mariæ semper Virgini & Beato Francisco, & Claræ, & omnibus Sanctis, & tibi Dominæ Abbatissæ viuere sub regula à D. Vrbano Papa IV. Ordini nostro cōcessa, toto tēpore vitæ meæ, in obediētia, sine proprio, & in castitate, etiam, secundum quod per huiusmodi regulā ordinatur, sub clausura* a *Clarissæ primæ regulæ, ex voto non tenentur ad clausuram.* b *cap. 3. reg. to.1 Bull. constit. 7. Vrban IV.*

Quid Clausura monialium nomine; & quo iure Sanctimonialibus cuiuscunq. Ordinis præcepta sit.

QVid nomine clausuræ intelligatur, disce ex Bonifacio 8.c.11. de statu reg. & ex a
Concil. Trid. sess.25.c.5. de Regul. Bonifacij constitutionem renouante Clausuræ lex Sāctimonialibus omnibus iniungit, ne ex monasterijs, post professionem, ne ad breue quidem tempus, nisi ex legitima causa approbanda ab Episcopo, egrediantur, decernitque nemini cuiuscunque conditionis, sexus, ętatisque intra monasterij claustra ingredi licere, sine Episcopi, aut superioris licentia in scriptis obtenta.

Non naturale, non Diuinū ius, sed humanū Ecclesiasticum clausurā Monialium præcipit iure Diuino tamen Sanctimoniales votorum paupertatis, castitatis, & obedientiæ religione deuinciuntur, (*vouete, & reddite*) & naturæ lex indicat, ea ab ijs efficienda, quæ seruādis votis maximè prosunt, seruatam clausuræ legem castitatis voto seruando vtilem esse, lippis, tonsurribusque notum est. Non naturali, non Diuino iure clausuram præcipi, docent Nauar. comment.4. de Reg. nu.30. & 42. Azorius to.1. Instit. mor. l.13. c.8. q.2. Manual. to.1. Regul. qq.44. art. 1. Ludouicus Miranda ar. 1. de sacris Monialib. Sanch. to.3. Op. Mor. l. c.15. n.3. Bonacina q.1. p.3. de Clausura, & alij.

Dices, Christus Dominus Diuini conditor iuris, clausuram aliquando præcepit: ergo diuino præcepta est iure.

Fateor, Christū Dominū Sanctæ Brigittæ, quæ Sanctimonialiū cœnobium instituerat, Regulam quę Saluatoris dicitur, tradidisse; clausuram pręcepisse c.8. hęc habet.

Nulla enim post introitū suū, licebit de monasterij claustris, exire, & c. 7. *Remota omni occasione cuiuscunq. necessitatis, siue supplicationis, nullus sæcularium virorū, seu mulierū, nullasque Religiosorum, seu aliorum clericorū claustra monasterij monialiū ingrediatur.*

At, ante hæc tempora, Bonifacius VIII. de clausura pręcepta tradiderat: Christus legem huiusmodi sibi placuisse, demonstrauit, ille Moniales omnes suo præcepto Deuinxit; at Christus solas Moniales monasterij à Sancta Brigitta instituti. Bonifacius IX. in Bulla Canonizationis. §. 34. constitutiones monasterij à Sancta Vidua editas, à Sede Apostolica approbatas, testatur. Obijt S. Brigitta anno 1373. ætatis 70. Bonifacius IX, creatus Pon-

tifex anno 1294. Iubilæum anno 1300. celebrauit, vel etiam instituit.
a *lib.6.*

Agemus primo loco de lege, qua Sanctimonialibus egressus è Monasterijs, deinde de lege, qua alijs ingressus in earum Monasteria vetitus est.

S. Augustino euo Monialium clausurā non seruatam, colligit Sanchez l.cit. ex epist. 109. S. Augustini. Bonifacius Octauus clausuram illis indixit: audi. *Periculoso, et detestabili quarundam Monialium statui, quæ honestatis laxatis, &c. prouidere salubriter cupientes, præsenti constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, sancimus, vniuersas, & singulas Moniales præsentes, atq. futuras cuiuscunq. Religionis sit, vel Ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes sub perpetua in suis monasterijs debere de cætero permanere clausura: ita quod nulli earum Religionem tacite, vel expresse, professa sit, vel esse valeat, quacunq. ratione, vel causa, nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum alijs, absq. graui periculo, seu scandalo commorari, monasteria ipsa deinceps egrediendi facultates, &c.* Concilium Tridentinum Bonifacij constitutionem renouauit. refero verba. *Bonifacij VIII. constitutionem quæ incipit, Periculoso, &c. renouans Sancta Synodus, vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit; vt in omnibus Monasterijs sibi subiectis, ordinaria, in alijs vero, Sedis Apostolicæ auctoritate, clausura Sanctimonialium vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maxime procurent:* & paulo post, *Nemini autem Sanctimonialium liceat, post professionem, exire à Monasterio, etiam ad breue tempus, quocunque prætextu; nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda; indultis quibuscunque, & priuilegijs non obstantibus.*
a *c. vnic. de stat. Reg. in 6.*

Qua ratione Monialibus arctior clausura indici potuerit, quam sit ea, ad quam ex vi regulæ, aut professionis obligabantur.

LVdouicus Miranda, q.1. ar.2. de sac. Mon. docet, Moniales S. Claræ ante Bonifaciū Octauum, ex voto regulæ, ad clausuram diuinctas fuisse: at, pace docti viri, hoc dicendum fuit de Monialibus, quibus Regulam cōdidit Vrbanus IX. nam in formula professionis, promissionē clausuræ addidit, quæ in priori S. Claræ Regula non erat; quamuis Virgo illa Seraphica se, suasque filias clausuræ subiecerit. Moniales aliàs voto hoc ex regula non obligari opinatus est.

Non potuisse Moniales cogi ad clausurā, quædam, quæ affert Miranda, indicant argumenta: ea nihil faciens, & merito, certissimā assertionem statuit: Summus Pōtifex, & Ecclesia Moniales ad seruandam clausuram cogere potest. Probat conclusionem ex Bonifacio VIII. ex Conc. Trid. ex Pio V. ex Greg. XIII. & ex vsu Ecclesiastico, & ratione, Regulares tenentur etiam ad ea, quæ implicite, & indirecte continentur in regula. Lex clausuræ austeritatem à Monialium regula alienam non inducit; sed ad regulam indirecte, siue implicite spectat. Clausura ad vota regularia seruanda, castitatis præcipuè, valde necessaria existimata fuit. Vide Sanchez tom.2. Op.mor. lib.6. cap.2. nu.42. & Suarez to.4. de Relig. lib.1. cap.8. nu.7. qui verè tradit, Religiosis posse præcipi, quæ in Religioso statu, seu regula continentur directè, vel indirectè: qualia sunt quæ secundum rationem prudētiæ, ad religiosi status decentiam, vel puritatem necessaria, vel vtilia sunt; Præterea, religioso statu, cui sese Moniales addixere, supposito, Pontifex ex vi suæ iurisdictionis, clausuram illis præcipere potuit.

Propositionem allatam, & probatam superius, nonnulli de fide esse, opinantur; pro hac sentētia referūtur à Mirāda, Angles in 4. p.7. diff.4. d.1. Garzias de Culauda, olim Episcopus Curiēsis, li. de clausura Monialiū cōcl. 2.

Cur Bonifacius VIII. clausuram Monialibus indixerit.

VT tolleret honestatis violandæ pericula, & scandala; vt demeret Monialibus vagandi occasionem; vt quarūdam periculoso, & detestabili consulere statui: lege constitutionis verba; *quæ honestatis laxatis habenis, &c.* & vt Sāctimoniales omnes à publicis, & mundanis cōspectibus seiunctæ, Deo liberius omnino seruire (demptaque lasciuiendi occasione) corda, & corpora eidem in omnis sāctitate diligentius custodire possint. Hæc disces ex ipsa Bonifaciana constitutione. Sponsus apud Dionys. Carthusianum art. 3. Dialogi de Reformat. Monialium: cur claustra præcepta Monialibus, indicat his verbi.

Quia fæminæ sūt specialiter, et naturaliter multum instabiles, fragiles, molles, ac debiles ratione; ideo periculosissimum est Monialib.
inter

inter vivos apparere, ipsosq. inspicere, alloqui, audire. Nec aliqua lingua potest exprimere, quanta peccata, scandala orta sint, atque assidue creantur ex hoc, quod Moniales claustra sua egrediuntur, & personæ visitant sæculares, viros quoque permittunt ingredi sua claustra. Vtinã tumentes vteri, & argumenta currentia super terram, non demonstraret hoc ipsum; præterea Moniales consecratæ, & oblatæ sunt Sponso cælesti; ideo oculos suos debent auertere ab omni alio amatore, & omnẽ occasionẽ infidelitatis, & violationis vitare. art. seq. perpetuæ clausuræ necessitatem, & vtilitatem ostendit, & verba refert S. Hieronymi, muliebre ingenium exprimentia; & ab hoc centum annos nato, regulam Monialibus scriptam asserit: in ea Senex Sãctissimus Moniales hortatur, vt intuitum vultus cuiuslibet viri, quamuis esset sanctus, & Io. Baptistæ equalis in meritis, effugiant: & hæc annectit. *Credatis experto, nihil periculosius est viro, quam mulier, & mulieri, quam vir; vterque ignes, vterque palea. Dicam audacter, proh dolor. Dei templa, vasa spiritus sancti, ædificia Deo dicata fiunt prostibula, nisi diligenti seruentur custodia.*

Quantum profit Monialibus clausura, docet vbertim Carthusianus, Dialogo cit. art. 2. meminit legis Bonifacianæ *Periculoso, &* s.a. 4. narrat Patres Antonium, Pachomiũ, Basilium, Augustinum, Benedictum, Franciscum, Dominicum viris Regulas tradidisse; deinde Rectores Monialiũ cuiuscunq. Ordinis varias edidisse cõstitutiones: ex quarum præcipuis vna fuit; vt clausæ degerent: additq. diu ante Bonifaciũ 8. Moniales clausas fuisse, & cũ nonnullis ante ipsum annis, collapsa esset clausura, Bonifacium renouasse sua lege, & confirmasse priores de illa Patrum Constitutiones. Ceterum S. Pachomius Monialiũ cænobium instituit, eiq. sororẽ præfecit. S. Macrina, S. Basilij soror, insigne sacratũ mulierum Collegiũ rexit: & S. Pachomij, & S. Macrinæ Moniales à claustris aliquando exibãt. S. Claræ Regulam S. Franciscus dedit: quam deinde Apostolica probauit auctoritas. In omnibus Sãctimonialium cœnobijs diu ante Bonifacij VIII. tempora clausuram seruatam affirmare nõ possumus: in paucis priscorum sæculorum monasterijs clausæ penitus degebant Sanctimoniales, vt alibi indicatum est.

Quid nam nomine Monasterij, vnde exire nequeant Moniales.

Clausuræ Monialium locus ille est, qui continentur clausa cœnobij ianua, ad quem sæculares nequeunt accedere; & extra quem Moniales non possunt exire. Ad septa cœnobij Monialium, è quibus eis non licet egredi, quicquid interiori murorum ambitu continetur, spectare, alij dicunt cum Comitolo: lib. 6. q. 3. Respons. Moral. & Suarez to. 4. de Reg. lib. 1. cap. 10. à n. 6. colligitur hoc ex Gregorij XIII. constitut. onc. *Deo sacris virginibus*, §. *Declarantes*. vbi dicit, Monialibus etiam Tertiarijs ostium habere, non licere: per quod è monasterio in exteriorem suam Ecclesiã, in quam sæcularibus ad diuina aditus patere solet, venire possint; neque eis licere egredi monasterij ianuã, quæ monasterij clausura est, ad vlteriorem ianuam, per quam sæcularibus ad rotam, vel ad loca destinata colloquijs accessus patet, claudendã. De hac re Sanchez l.c. nu. 6. Franc. Merolla to. 1. Disp. Theol. mor. disp. 1 cap. 2. diffic. 2. n. 456.

Porta, seu ianua, quã Sanctimoniales aperire, & claudere solent, valuas habet (vt bene P. Comitolus, loco cit.) pro septis: quod enim sunt muri claustri, quod violari Monialium egressu, aut aliorũ ingressu nõ potest, id portæ sunt valuæ, quæ intus reuoluuntur: quare Monialis nisi è valuis exeat, non violat clausuræ leges, non afficitur excommunicatione: neq. si alterum pedem, aut superiorem tantũ corporis partem (non autem pedes) ex ijs efferat; quia actio vetita non esset absoluta, & odia sunt restringenda: vt optimè Caietanus in Summa, v. Excommunicatio, docuit.

Violabit ne clausuræ præceptũ Monialis, si in rota ligna sedeat, & rota ita voluatur, vt illa sæculariũ extra septa monasterij existentium aspectui, & libertati, ad aliqua illicita tractanda, fit exposita? Negabunt nõnulli: At ego, cum Comitolo disp. 3. li. 6. cit. constanter Affirmabo: nam cum duas rota habeat partes clausam, & apertam, pars claudens clausurã constituit: si hæc rota circumducta, fit apud locũ extra septa, ad quem sæculares possunt accedere, ibi clausuram constituet; & Monialis in ea sedens clausuræ ius non infringet: At infriget, si tabula claudens sit apud septa interiora, & pars aperta, & Monialis sæcularibus pateat; quia lignum totam claudens, septa monasterij à loco, ad quem sæculares possunt accedere, distinguit. Quid si Monialis, quasi equitans, virili more, ex leuitate insideat muro monasterij, qui hortum claudit, aut monasterium à loco non sacro diuidit: Non infringet leges clausuræ, quia ad hoc nõ sufficit, vt pars corporis extra septa sit: sed requiri

mittitur, vt votum corpus sit extra: nam nisi Monialis penitus egrediatur extra monasterij septa, crimen fractæ clausuræ consummatum non censetur. Suarez tom. 4. de Relig. l. 1. cap. 10. num. 7. peccaret tamen, si murum, animo egrediendi, ascenderet; at non ligaretur censura: idem dicas de ascendente murũ, vt ingrediatur; si non accidat ingressus; Qui, vel quæ ascenderet murum, non ingressus, vel egressus causa, sed ob curiositatem, aut aliam causam, non delinqueret omnino contra clausuram, sed ratione scandali.

Quid si Monialis, super tegulas tecti monasterij ascendat? Non violabit præscriptam clausuram; quia tectum illud intra fines clausuræ est: violaret, si è tegulis tecti monasterij ad vicinum alterius loci tectum transiret; sic etiam Sanchez n. 7. l. c.

Quid si Monialis apertis valuis patrẽ, aut fratrem in limine consistentem, è valuis non egressa, ãplecteretur, deoscularetur que? Non infringeret clausuræ ius; quia ad illud violãdum, egressus totius corporis requiritur: pars ianuæ interior est intra clausuram; limen exterius extra; non Monialis, nõ pater, aut frater suos transgreditur limites: si non exeat, & hi non ingrediantur. Vide Sanchez to. 2. Op. mor. lib. 6. c. 16. nu. 10. Naldum in Summa v. Clausura n. 14. Emanuelem in qq. Regul. quem illi sunt secuti.

Pius V. Motu proprio *Circa pastoralis*, bis dicẽs, ne Moniales è Monasterijs, seu domib. proprijs egrediantur, non intellexit domus monasteriorum ab illis seiunctas: sed monasteria, & domus pro eodem vsurpauit: nam dictio illa, *seu*, vel *siue*, verba sola, non autem sensum seiungunt; ita Sanch. nu. 8. lib. cit. post Nauar. comment. 4. de regul. n. 44. & alibi, & Emanuelem to. 1. qq. Reg. q. 44. a. 3.

a *De pœnis Monialium violantium de clausuram, inferius.*

Quibus Sanctimonialium Ordinibus indicta sit Clausura?

SAnctimoniales omnes in Congregatione viuentes, si sint solemniter professæ, hac lege tenentur. Cõcilij Tridentini verba Moniales omnes etiam Ordinum militarium complectuntur. *Hac omnia, & singula in superioribus decretis contenta, obseruare sancta Synodus præcipit in omnibus cœnobijs, necnon quarumcunque Sanctimonialium Virginum, ac viduarũ, etiãsi illæ sub gubernio militiarũ, etiam Hierosolymitanæ viuant, quocunq; nomine appellantur, sub quacunque regula, vel constitutionibus, &c.* Superius autem cap. 5. ad clausuram Moniales deuinxit. Pius V. idem decreuit, *Circa pastoralis*, quamobrem (quicquid nonnulli dubitare videantur) affirmandum est, etiam Sanctimoniales Ordinum militarium S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, iam professas, clausuræ lege obligari, quia decretis Concilij & Pij V. continentur; mecum sentiunt, Lud. Miranda, q. 1. ar. 3. de Monialibus. Sanchez num. 10. l. c. post Nauar. & Rodericum locis cit. Basilius Poncius libr. de impedimentis matrimonij, causa. 22. q. 2. cap. 18. §. 4. Equites, & Moniales Sancti Iacobi simplicia emittere vota, verè autẽ Religiosos esse, & sic in litteris Põtificijs appellari; castitatemque coniugalem, quam promittunt, materiam voti esse, testatur; non pigeat viri docti verba procurrere. *Eosqui* (Equites, & Moniales Ordinis S. Iacobi) *esse verè, & substantialiter Religiosos, adeo certum existimo vt oppositum non nisi licentiosè dictum (ne dicam grauius; cum pleno ore litteræ põtificiæ illos appellent Religiosos; & cum castitate etiam coniugali, vera Religio constare possit; eo quod sicut in paupertate latitudo est, ita etiam in castitate, quæ est materia voti,* de qua te Suar. to. 4. de Relig. li. 1. de variet. relig. cap. 4. à n. 8.

Miranda quærit, An Oblatæ Turris speculorum Romæ (Harum Sanctam Franciscam Romanam Ducem sequentium Congregatiorum cãdore, & aliarum virtutum ornamẽtis floruit, ac floret) clausuræ obligatione adstringantur; & Nauarrum sequitur, vt etiam Sanchez n. 15. Porro Nauar. li. 3. consiliorum conf. 81. & 82. de Regularibus, docet, eas clausuræ lege nõ teneri, neque ad eligendam singulo quoque triennio moderatricẽ; quam Præsidẽtem dicunt; In hoc, grauissimo assentior viro; non autem in omnibus, quæ in duobus consilijs pro hac Congregat. religiosissima scripsit: nam quædam habet, quæ nequeũt admitti; & studio breuitatis nõ refero.

a *sess. 25. cap. 22. de Regul.* b *De Monialibus Ordinum militiarium, alibi plura dabo.*

An Monialibus Conuersis præcepta clausura.

SAnctimoniales S. Claræ Conuersæ, seruientes dictæ, olim (neq. secundum primam, neque secundum, secundam regulam ab Vrbano IV. conditam (clausuræ iugo colla submittere, præcepto non adigebatur; loquatur de suis Vrbanus c. 19. *de seruitialib. et sororibus (quæ sẽper manere clausæ sicut aliæ, non tenentur) districtius volumus obseruari, vt sine licentia, nulla clausuram egrediatur.*

Concilium Tridentinum. sess. 25. c. 5. de

 Regul.

Regul. (adde, quæ de Conuersis habent Pōtificia decreta) nemini Sanctimonialiū, post professionem, à monasterio exire, ne ad breue quidem tempus, quocunque pretextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, licere, decreuit, indultis quibuscunque, & priuilegijs non obstantibus; at inter Moniales, etiam Cōuersæ, emissa professione tacitè, vel expresse, recensentur, in soloque ministerio, non autem in substantia religionis, à Monialibus choro addictis differunt.

Miranda art. 5. has habet propositiones, Prima, Vbi monasteria Monialiū non egent, & Cōuersæ professæ, ad quærendas eleemosynas, non indigent egressu, ad clausurā obligantur. ex Pio V. m. p. (*Circa pastoralis, &c.*) Nau. in cap. statuimus Com. 4. n. 44. Rodericus t. 3. qq. reg. q. 44. ar. 4. Vide etiam Sanchez nu. 13. loco cit. Suarez to. 4. de Relig. libr. 1. cap. 9. Bonacinā qu. 1. p. 2. de clausura. Secunda, Si, ob egestatem monasterij, eleemosynæ extra illud sint colligendæ, Moniales huic muneri addictæ, intra monasterij claustra degere non possunt. ex Pio V. l. c.

Tertia, Monasterij egestate sublata, Conuersæ iam professæ, quæ stipem colligebāt, intra Monasterij claustra includendę sūt, ex Gregorio XIII. m. p. *Deo sacris virginibus &c.* De huiusmodi Conuersis, plura Sanch. à nu. 54 & Suarez à nu. 18. quos legas; & Bonacina, q. 1. p. 9. nu. 15.

Quot Conuersæ mittendæ ad colligēdam eleemosynam, dixit Zecchius, ex litteris Cōgregationis Cardinalium apud ipsum, Sanchez n. 54. Duo dubia, ob verba Pij V. & Gregorij XIII. explicat de Conuersis, Sua. Bonacina l. c.

Quid de Tertiarijs? Moniales Tertiariæ, siue de pœnitentia, verè professæ, lege clausuræ obligantur, ex Pio V. *Circa pastoralis*. Sanchez nu. 13. loc. cit. Naldus in Summa, v. Clausura n. 6.

Quid de Nouitijs? Hæ, quia non sunt professæ, non tenētur: de professis enim loquitur textus. Azor. to. 1. inst. mor. li. 13. c. 4. q. 1. Suarez loco cit. nu. 16. Sanchez nu. 16. Bonacina loc. cit.

Si Nouitia autem exeat è monasterio, sine licētia Abbatissæ, aut Superioris, desinit esse Nouitia, interrumpit scilicet nouitiatum; at nō interrumpit, si licētiam egrediēdi, habitu retēto, ex iusta causa, adepta, exeat, quāprimū reuersura. Suarez nu. 16. l. c. Portel. v. Nouitia n. 4. in Dub. Regul.

Mulieres religiosum viuēdi modum simpliciter in Congregatione viuentes, ad solemnia vota nuncupanda hortandę sunt; quod si faciant, ad clausuram deuinctæ erūt; renuētes facere, non possūt aliquam ad suam imposterum admittere Cōgregationē, ex Pio V. *Circa pastoralis*. Vide Sanch. n. 14. & Azorium l. c.

Si alicui Virgini cōcederetur à Sūmo Pōtifice, vt in paterna domo tria solemnia vota nūcuparet, clausuræ præcepto nō vinciretur; quia textus Sāctimonialibus in Cōgregatione viuētibus loquūtur. Sanchez n. 17. Romæ virtutibus, & genere claram Monialem triū solemnium votorum obligatione obstrictam, Præsidentis Oblatarū S. Franciscæ Romanæ imperio sub ectam, Vrbani VIII. Pontificis Maximi priuilegio, à clausuræ lege exemptam, noui.

Virgines, quæ, emisso virginitatis voto, se Deo consecrarunt, & in collegio virginum degunt, & sub obedientia, voto priuato, aut pacto promissa, vel spōtanea; si non sint in statu pro religioso ab Ecclesia approbato, & in eo tria substantialia vota non emiserint, clausuræ nō subijciūtur; cum ijs tamen Pij V. constitutio est obseruanda: Suarez nu. 15. loc. cit.

a *tom. 1. Bullarij.*

Possunt ne Moniales professæ è monasterijs aliquando exire, sine licentia.

POssunt, vt ad arctiorem Religionem conuolent, sed tamen debent prius, ad id faciēdum, veniam à Superiori, à quo petēda est, petere; petere autem sufficit, quāuis quę petit, non obtineat *c. licet quibusdam, de Regularibus*. Post Pij V. cōstitutionē, *Decori*, & Concil. Trid. sess. 15. ca. 5. requiritur Superioris consēsus. Azor. lib. cit. qu. 1. Manuel. qq. Reg. Superiorum, & Ordinarij licentiam, ob indictam è Conc. Trid. Monialibus clausurā, ad eum egressum necessariam putat; eosque ad eam dādam teneri. Sāchez vero, to. 2. Op. mor. lib. 6. cap. 7. nu. 6. existimat, satis esse petere licētiam; quamuis non obtineatur. Conciliū enim Tridentinū de hoc casu nō loquitur, & hæc sententia probabilis est, de trāsitu ad Religionem strictiorē; Suarez t. 4. de Relig. lib. 3. cap. 10. Virgo nobilis, & pia valde è claustrali (hac voce vtitur Paul. v ī litteris canonizationis S. Francis cę) Oblatarum Turris speculorū vita, ad S. Ioseph, Ordinis S. Teresiæ

fiæ cœnobium, in eo professura, conuolare volebat:at Paulus V.Rom. Pontifex eam inter Oblatas viuere voluit. (viuit illa adhuc.) desiderium arctioris Ordinis. cęlesti præmio non carebit.

Ex alijs caufis licebit exire? Conciliū Tridentinum Episcopi iudicio, causam approbandam relinquit. *Nisi,ait, ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbāda*. Bonifacius VIII.causam definiuit, si Monialis scilicet eo sit correpta morbo,vt cum alijs sine graui periculo, aut scandalo, communicare nequeat. Pius V.m.p. *Decori* causam certis limitibus clausit. *Nisi ex causa magni incendij, aut infirmitatis lepræ, aut epidemiæ à monasterijs prælatis exire; sed neque in præfatis casibus extra illa nisi ad necessarium tempus stare licebit*. Incendium non postulat, vt petatur facultas exeundi,ob certum periculum: nec causa euidens per se, Superioris eget approbatione;Suarez c.9.n.12. Deum pars monasterij igne flagrat, Moniales degentes in altera parte, in qua nullum est ab igne periculum egredi nequeunt. Suarez c.9.n.11.l.c.

Vrbanus IV. in Regula tradita Monialibus S. Claræ, nonnullos alios casus numerauit,quos à Concilio Tridentino, & à Pio V. reuocatos non fuisse, docuit Ludouicus Miranda q. art. 3. de clausura Monialium: eos ego inferius adscribam.

Quæres; an casus à Pio V. recensiti ad similes casus extendi possint? Duæ sunt sententiæ:affirmant probabiliter Nauar. Com.4. de Regul. nu.48. Suarez,to.4.de Relig.lib.1.c.9. Sanchez to.2.Oper.mor.lib.6.c.15.nu.37.Negant Guttierez in qq. Canonicis. c.14 l.c.art. 4.qui censet, tres casus Pij V. ad alios similes extendi nec posse,nec debere.

Si cœnobiū sit adeo amplum,vt in eo, quæ epidemia laborat, aut leprā, remedijs medicis iuuari possit,sine periculo cōtagionis aliarum Monialium,non poterit exire; Item non licet exitus,si magnū incēdiū extingui;si hostibus irruentibus, aut imminenti ruinæ occurri possit, Monialibus in monasterio permanentibus. Hæc omnia Sanchez l.c.nu.32. De incendio, lepra,& epidemia, Miranda ar. 5.l.c. Per epidemiam non solum pestem intelligit Sanchez; sed eum etiam morbum, quo Monialis laborans,cum alijs sine graui periculo, aut scandalo, commorari nequit. ex cap. Periculoso, de statu monachi in 6.

Iustam causam concedendæ licentiæ Monialibus, ad exeundum ad tutum locum, imminentis belli, ab Hæreticis, aut Ethnicis genitum timorem, putat Sanchez nu. 44 l.c.cum Nauar.

Iusta causa præterea licentiæ concedendę, ad exeundum, est, vt aliqua Monialis alteri eiusdem Ordinis, & habitus cænobio præsit. Sanchez nu.45.Suarez cap.9.nu.5.loc.cit.vel vt sit Nouitiarum magistra: vel vt munus in bonū commune totius monasterij obeat, nu. 46. vel vt exeat ad noui monasterij fundamenta iacienda,num.47. vel vt excipiat iuramentum fidelitatis ab aliquo Principe, quod ille, ratione feudi, quod monasterium habet, præstare debet, & per procuratorem non vult,nu.51.

Si vniuersus Monialium Conuentus locum mutaturus sit, ex iusta causa Prælatus poterit licentiam egrediendi tribuere. Concilium Tridentinum decreuit, vt ad monasteria intra menia vrbium, aut oppidorum. Moniales extra mænia habitantes, transferantur. Monialem, quæ in monasterio corrigi nequit, ad aliud, corrigendam posse Superiorum venia transferri, dixere Sanchez nu. 47. Miranda, & Bonacina, qu. 1.p.9.num. 13. Monialem incorrigibilem expelli posse è monasterio, affirmat Sanchez c.9.n.6.negat. Bonacina nu. 14. loc.cit.transferri posse,indicat Suar.c.9. n.6.l.c.& hæc sententia placet.

Iustam causam concedendæ licentiæ exeundi nonnullis Conuersis professis ad eleemosynas, alendis Monialibus necessarias, perquirendas, si seruentur conditiones Motus proprij Pij V. *Circa pastoralis*, nu. 54. putat Sanchez.

Vt Abbatissa cænobia sibi subiecta perlustret, non videtur iusta causa egressus concedendi. Hoc munus ad Prælatos spectat, vide Sanchez nu. 50.

An sit iusta causa concedendæ veniæ, vt Monialis, cuius venter, illata vi à viro scelesto,intumuit,exeat ad pariendum, quamprimum reditura, considerabit Episcopus; negantem sententiam sequeret, si exeat. sine licentia; Non videtur excusanda à violatione clausuræ;nisi fortasse ius naturale conseruandæ vitæ, egressum repentinum illi suaserit: quod erit diligentissimè perpendendum, leges humanas cum graui mortis periculo, nō obligare, nisi vbi fidei, vel religionis honor, aut grauis boni communis necessitas intercedit,dixit rectè,Suarez c.9.n.9.l.c. De causis egrediendi è monasterijs Monialium, Barbosa paucis in Collect. DD. in varia loca Conc.Trid.sess.25.c.5.de Regul.

a *Videnda Notatio adiecta inferius, ex Respons. Cardin. petenda est licentia à Sede Apostolica Suarez affert responsum.*

Casus excepti in Regula S. Claræ, tradita ab Vrbano IV.

1 QVando adest ineuitabilis, & periculosa necessitas incendij in cursus hostilis, & huiusmodi.
2 Quando Moniales mittuntur ad aliquem locum, monasterium fundaturæ, aut reformaturæ.
3 Quando aliqua Monialis fit Prælata alicuius monasterij, aut magistra Nouitiarum.
4 Quando Monialis in monasterio, in quo degit, corrigi non potest.
5 Quando adest causa aliqua vitandi euidens, & graue dispendium.
6 Quando Moniales, relicto primo monasterio, iussu Prælati auctoritatem habentis, ad alterum sunt migraturæ.

De Pœnis, quibus afficiuntur Moniales professæ, è monasterio, contra ius exeuntes.

MOniales professæ præceptam clausurā egressu violantes, eo ipso maiori latæ sententiæ excommunicatione plectuntur, ex Pio V. *Decori, &c.* eius verba sunt. *Aliter autem, quem vt præfertur, egredientes, &c. excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso, absque alia declaratione, subiacere, à quo, præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolui nequeant.* Præceptum ad lethalem culpa obligat; maior enim excommunicatio pro veniali non infligitur. Concilium Tridentinum Monialē clausuræ legem infringentem, excommunicationis afficit pœna. de qua Miranda, q. 3. l.c.

Puniuntur etiam priuatione dignitatum, officiorum, administrationumq. quibus erant ornatæ, & inhabilitate ad obtenta, & in posterum obtinenda; perpende verba huc spectantia, & indicata, Pij V. m.p. *Decori, & honestati.*

Quid si occultè clausuræ limites Monialis aliqua lethaliter sit transgressa? Excommunicationis maioris vinculo, sine dubio, est irretita; at dignitates, officia, & administrationes non tenetur dimittere, ne infamiæ periculum sit subitura; Præterea verba Pontificis (quoad dignitates, officia, &c.) non videntur id postulare, vbi crimen est occultum; non enim addidit, *sine alia declaratione.* Pœnam priuationis, ante sententiam criminis declaratoriam, non obligare, censuit Couar. in 4. p. 2. §. 8. num. 3. Vasquez 1. 2. disp. 168. c. 4. ar. 15. & Sanchez in proposita dubitatione, l. 6. cit. cap. 15. n. 65. Sententiam iudicis, quæ crimen declaret, requiri putat; contrariam sententiam tamen communem esse, opinatus est Suar. lib. 5. de legibus c. 8. nu. 18. c. autem 9. disp. de obligatione conscientiæ, quando pœnæ priuatiuæ executio non requirit actionem. Merolla, to. 1. disp. 1. Theol. mor. c. 2. difficul. 10. Rodericum, & Sotbum secutus, Religiosum in similem elapsum culpam, vsum sui officij dimittere, non debere, putat; si infamiam timeat: sed quærendam illi, occultis modis, dispensationem, & propter inhabilitatem contractam, non posse noui muneris onus suscipere; nomine autem officiorum ea intellige, quæ cum aliqua superioritate sunt coniuncta. Sic Sanchez nu. 66. l.c.

Quæ Sanctimoniales, sine facultate è monasterijs egredientes, excommunicatione non ligentur.

NOuitiæ nō ligantur: nam lex Pij V. professas tantum complectitur, nec Conuersæ degētes in ędibus monasterio iniūctis, vt eleemosynas colligant, etiamsi ad inutilia imò ad malefacta patranda ex illis egrediantur: quia ædes illæ non sunt regulares, nec monasterij pars, neque illius clausura continentur. Vide Sanchez l.c. num. 55. & 71. Nec Moniales professæ, vt repentinum incendiū, aut pestem effugiant: & cum ad petendam ab absente Episcopo exeundi facultatem, repentini casus grauitas tempus non concedat. Sanch. nu. 70. l.c. Suarez cap. 9. nu. 12. etiam, sequiente peste, Monialem exeundi licentiam ab Episcopo petere debere, docet, nisi periculum euidens esset in mora, vt si sæua pestilitas monasterium inficeret, & Episcopus multum abesset; hunc casum incendio Suarez æquiparat. Non ligatur Monialis frænesi correpta exiens, nec quæ aperta ianua, sororem alloquens, ab amica impulsu brachiorum per iocum, inuita extra septa monasterij pellitur; neutra enim lethali culpa inficitur. Quid si aliqua duorum tantum pedum spatio exeat ab arctā monasterij clausura? Clausurā ab ea non violari, tradit Naldus, cum Graffio, v. clausura, n. 1. fauetque Merolla diffic. 7. l.c. nu. 502. Contra sentit Bonacina, p. 4. num. 1. l.c. q. 1. certè limites clausuram definiunt, in mo-

Moniali etiam ad duorum pedũ spatiũ ex illa egrediente;quia præscriptos trãsilit: paruitatẽ materiæ Bonacina probabiliter non agnoscit. Videndus Sanchez.Intellige, si Monialis toto corpore egrediatur. nam si maiori corporis parte intra septa remanente, pede, aut pedibus exeat, clausuram nõ violat, quia vetitã actionem non absoluit,Portel. in dub. Regul. v. clausura Monialium,nu. 25.

Monialem, ex illata vi, vterum gerentem, ad fœtum edendum exeuntem, excommunicatione affici, puto; nisi id faceret, ad imminens ex veneno,aut vulnere, vitæ periculum vitandum,& Episcopum, ante egressum, cõsulere non potuisset : naturale ius seruandæ vitæ,lex humana non tollit.

Monialis grauibus molestijs,& vexationibus torta.Episcopum ad monasterium, opem sibi ab eo sperans,accersit: recusat sæpius vocatus ; hæc eum adit : Violatam ab ea clausuram existimo;hæc enim causa exeundi non extat in Pij V. literis,& ab illis differt,quæ ibi recẽsentur; excipe si euidens vitæ periculum fuisset in mora.Si aliqua,ex causa iusta,exeũdi facultatem petat, & non assequatur , poterit ne è septis exire?Non poterit,nisi necessitas euitandi imminens vitæ periculum, vrgeat:Ecclesiæ enim lex de clausura,cum vitæ periculo non obligat.

Monialis professa , post iustum , vel iniustum è cenobio egressum, si in ædibus clausa detineatur,& ex illis exeat,clausuram non infringit: nam ædes illæ monasterium non sunt.Nauar.com.4.de Regul.n.44.not.4.Sanchez cap.15.nu.9.l.c.

Romę in insignis Turris speculorũ monasterio (sic vocatur ab Eugenio IV.) in quo locum nõ habet clausuræ lex, Virgo sanguine, & virtute nobilis, trium solemnium votorum modo deuincta , Summo Pontifice concedẽte,sub Præsidentis obedientia viuit: huiusque permissu,ex illo,aliquando , ad paucas horas exire potest, vt aliæ simplicib. obstrictè votis.

Dum vrget exeundi è monasterio necessitas , & superior absens, sine graui periculo , nõ potest adiri,tũc Monialẽ, Prelato incõsulto exire posse, tradit, cũ Dominico Frãco, & alios nonnullis,Sanchez nu. 62.quam sententiam non improbo ; caret enim lege necessitas;tenetur tamen Monialis, dum extra septa degit,Superiorem mõnere, vt possit corrigere,si ei causa non probetur : at ad monasteriũ reuersa non tenebitur admonere . Vide Sanchez loc.cit.sententia verò Suarez.cap.9. nu. 12. loc.cit.dicentis,graui scandalo imminente,& religiosi Ordinis infamia , ex egressu , facultate non obtenta, quia Prælatus causam sufficientem non censuit , legem humanam , ob commune Religionis bonum , cum periculo vitæ seruandam esse, non displicet.

Monialis in aperto ostio monasterij cõsistens, quia perfectè non exit , clausuram non frãgit.Sanchez,Zecchius, Bonacina, Naldus qui etiam à Merolla diffic. 7. l. c. referuntur : idem sentiet Laurentius Portel. in dubijs regularibus v.Clausura Monialium n. 25. de Moniali ascendente in monasterij murum , vt exeat,vel sæculari,vt ingrediatur , non tamen exeunte,vel ingrediente , dixi superius.

a *Vide Sanchez loco cit nu.69.*

An Monialis è cœnobio licitè exiens ad aliquem locum,teneatur recto itinere illuc pergere,& ,an confecto negotio , vel pulso morbo,statim redire?

GVtierez in qq. Canonicis lib.1.c.14.probatus.Sanchez n.61.loc.cit. verè tradit, Sanctimonialẽ ad fundandum,vel regendum aliquod monasteriũ , vel causa correctionis , egressã , debere ad illud se recto itinere conferre; morali autem modo præceptum intellige:nam si illa parum moraretur , vel à recta via octo,vel nouem leucis deflecteret, vt cognatas,vel amicas inuiseret,aut tẽplũ aliquod veneraretur,id ab ea in fraudem clausuræ factum,cum Sanchez,non putarem.

Si,ob morbũ, aut aliquod negotium,legitimè egrediatur , sanitatẽ perfectè adepta , vel negotio absoluto , tenetur ad pristinam cænobij clausuram è vestigio statim remigrare, ex cap. vnico , de statu Regul. in 6. §. *Verum quando,&c.* & ex Pij V.cõst. *Decori,& honestati,*dicẽte,*sed nec in prædictis casibus*(magni incendij, lepræ, & epidimiæ) *extra illa monasteria,nisi ad necessarium tẽpus stare licet*; præceptũ autẽ cum sit morale , breuis mora ei non repugnaret. Bonifacius VIII. indicat mora in tantum alicuius momenti improbari;ait enim:*sic quod in fraudem residentiæ, siue mora claustralis nihil fiat omnino.* breuem moram non improbatam;vnius , vel alterius diei moram intelligit Sanchez l.c.nu.6.

An Superiores, alijve, ratione clausuræ Monialium,egressu violatæ pœnis indicatis afficiantur?

1 AFficiuntur maiori excommunicatione , Romano Pontifici,extra mortis

articulum, reseruata, Superiores extra casus licitos licētiam egrediendi Monialibus quomodocunque concedentes, eas comitantes, & personę, siue laici, aut sæculares, vel ecclesiasticæ, consanguineæ, vel non earumque receptatrices; sic Pius V. m. p. Decori, &c.

2 Moniales egressas, præsidētes, aliosq. prædictos Superiores licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officijs, & administrationibus per eas, & eos obtentis, priuat Pius V. loc. cit. easque, & eos ad obtenta, & in posterum obtinenda inhabiles, & licentias quascunque, à quocunque, etiam à se, vel ab alio Romano Pontifice concessas, & concedendas, nullas, & inualidas decernit, & declarat. Vide quæ superius sunt allata, cum de pœnis Monialium illicitè egressarum actum est.

An pœnæ indicatæ locum habeant in ijs, qui naturali compassione ducti, Moniales egressas in extrema, vel graui necessitate comitantur, vel recipiunt.

NEgans Nauarri sentētia in c. statuimus de Regul. nu. 51. quæ communis putatur, semper placuit; nam Pontifex earum delicto fauentes respicere videtur; at nō fauent Monialibus clausuræ violatæ reis, qui eas in extrema, vel graui necessitate comitantur, aut recipiunt, naturali permoti compassione. Cum Nauarro hanc sententiam tuētur Rodericus in qq. Regularibus, to. 1. q. 49. art. vlt. Miranda q. 3. art. 7. l. c. Azor. to. 1. Instit. mor. li. 13. c. 8. q. 1. Sanchez lib. 6. c. 15. num. 70. Vide etiam Laurentium Portel. in Dub. Regul. v. Clausura Monialium, n. 27.

Heretico extremam necessitatem patienti tenetur homo opem ferre. arg. c. Pasce 86. dist. Nauar. in man. c. 27. n. 55. & dum extremè non eget, potest quis illi, quatenus homo est, opitulari; vt argumentum ducit Nau. ex c. Duo illa nomina, 23. q. 4. & Caiet. in Summa v. Excommunicatio, c. 1. defensorem, & receptatorem hæretici eum appellat, qui hereticum, quatenus hæreticus est, defendit, aut recipit; quod testatus est etiam Sanchez lo. c. & lib. 2. Op. mor. ca. 16. n. 4. & Tolet. lib. 1. cap. 19. Instruct. Sacerd. nu. 8. Vno verbo, egressu, iniusto monialium, aut perseuerantiæ in illo fauentes tantum, recensitis pęnis plectuntur. laudabilem agit actum, qui eas iam egressas comitatur, aut recipit, vt earundem honori & pudicitię consulat.

Quis iustam causam egressus Monialium approbet; & quis facultatem exeundi ex causa tribuere queat?

SVmmus Pontifex; & Concilium generale potest vtrumque; at de his nullum verbum. Videamus, quid Concilium Tridentinum, & Pius V. decreuerit. Synodus Tridentina statuit, nemini Sanctimonialium licere egredi ex monasterio, ne ad breue quidem tempus, nisi ex legitima causa ab Episcopo approbanda. Pius V. de hac re, m. p. *Decori*, exprimit causas magni incēdij, morbi, lepre, vel epidimiæ; incendij causam approbari, nō iubet (est enim iustissima.) de morbo hæc habet: *quæ tamen infirmitas, prater alios Ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione, exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit, à monasterijs præfatis exire; sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licet*. Concilium Tridentinum de solo Episcopo loquitur; at Pius Concilium explicans, addit, *seu alium loci Ordinariorum*: nomine *Ordinarij* intelligit Suarez, cap. 9. nu. 13. Episcopali iurisdictione instructum: quia agitur de actu ad contentiosi fori iurisdictionem spectante. Vicarius quoque Episcopi generalis, Ordinarij nomine intelligitur, nisi Episcopus hoc sibi reseruasset. Huic sententiæ adhæret Sanchez, cap. 15. n. 30. l. c. Qui lib. 3. de matrimonio, disp. 29. concl. 1. docet, huiusmodi Vicarium ordinariam habere iurisdictionem, & cum eo Iacobus Sbrozzius li. 2. de officio Vicarij q. 57. & alibi. Ordinarios etiam dices (cum Sanchez, disp. cit. de matr.) Vicarium Capituli, Sede vacante, aliorumque iurisdictionem quasi episcopalem habētium, Vicarios: consentit Merolla, tom. 1. disp. theol. mor. disp. 1. cap. 2. diff. 4. nu. 488. & Miranda q. 2. ar. 2. l. c.

Si monasterium, Apostolicæ Sedi immediatè subiectum, Episcopo, tanquam Sedis eiusdē delegato, committatur, Vicarius Episcopi Generalis non est, ratione huius monasterij, Ordinarius, Sanchez, & Merolla loc. c. in fine.

NOTATIO.

MOnialem professam ab vno ad aliud monasterium, etiam Ordinis eiusdem, etiam de Episcopi consensu, transferri, non posse, sine Apostolicæ Sedis licentia, respondit

dit Eminentissimorum,& Reuerendiss. DD. Cardinalium Cōgregatio. Responsum refert Suarez c.9.nu.6.l.c. additque, Nisi causa migrationis peculiaris iure expressa sit, è nullis Vrbis Monialium cœnobijs ad fundāda extra Vrbem cœnobia, sine licentia Sedis Apostolicæ, non sunt egresse fundatrices.

An solus Episcopus, siue Episcopali iurisdictione instructus, causam approbet egressus, & facultatem concedat.

IN monasterijs Episcopo subiectis, solus Episcopus causam approbat, & facultatem exeundi impartiri potest.ex Cōc. Trid. à quo causam Episcopo approbandam, statuitur: & st.Pius V. hoc etiam de monasterijs ab Episcopali iurisdictione exemptis intellexit. Miranda,q.3.ar.6.& Emanuel, tom.1. qq. regul. Moniali Prælato Regulari subiectæ satis esse opinatur, vt, egressura ex causis indicatis, à suo prælato petat, obtineatq. egrediendi facultatem, & Episcopi loci consensum nō requiri. Conclusio Pij V. legi aduersatur; eam probat Miranda; quia in Hispania eiusmodi lex neque recepta, neque ad vsum reuocata fuit. Pro locis in quibus lex Pij V. vsu est recepta, rationem affert,ex Synodo Trid. sess. 25.cap.5.de regul.sanxit hæc Synodus, veniam ingrediendi claustra monialium,in necessarijs casib. ab Episcopo, vel à Superiore dandam esse:ergo (ait) etiam ingrediendi. At in exemptis etiam monasterijs, Episcopi loci approbationem necessariam esse, ex Pio V. constat; ait enim: *Quæ tamen infirmitates (lepræ, vel epidimiæ) præter alios Ordinum Superiores,quib. cura monasteriorum incumberet,etiā per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione exempta esse, reperiantur,cognita,& expresse in scriptis approbata sit.* Verā hanc sententiā amplexi sunt Sua t.4.de Relig.l.1.c.9. n. Nau. com.4.de Regula.n.60.Azor. t. 1.Instit.mor. lib.c.8.Sanchez to.1.Op.mor.li.6.c. 15. num. 26.Bonacina q.1.p.8.de Clausura n. 1. Si in Hispania motus proprius Pij V. *Decori*, in hac re non est receptus, vsu non obligat; & sufficit Generalis,aut Prouincialis, in monasterijs Regularibus subiectis: (olim ex Minorū Ordine, Cardinalis Protector veniam exeundi concedebat) sic Sanchez num. 18.& Bonacina loc.c. At Suarez prudenter, dixit, quo ad non vsum, rem facti esse, & sibi non satis constare; legemq. Ecclesiæ ex acceptatione non pendere, neque sub vi destitui, nisi post longissimam præscriptionem; præcipuè cum iurisdictionem, contra quam est præscribendum, tribuit. Ratio Mirandæ ex Sinodo Tridentina non est admittenda; nam infert à diuersi; vbi lex Pij V. apertè requirit Episcopi approbationem.
a *quæst.46.art.6.*

An ad euitandam culpam,& censuram, licentia exeundi in scriptis danda sit.

PIus V. in m.p.c. *Decori, &c.* requirit, vt licentia expresse in scriptis, & causa cognita, tribuatur; additq. *Aliter autem auam vt præfertur egredientes,&c.* vnde rectè colligit Suar.l.c.eas omnes conditiones ad peccatum, & censuram euitandam necessarias esse,idem Sanchez c.15.n.28.§.Atque, & cap. 16.a num.29. Idem sentit Miranda q. 3.art.6. concl.2.& Bonacina nu.4.l.c.cum Nauar.a qua sententia discedere nequeo; Pij enim verba id apertissimè docent.

An Episcopi ad clausuram seruandam cogere teneantur Moniales, eam non seruantes.

GRauissimo præcepto Synodus Tridentina sess. 25.cap.5.de Regul. eos ad hoc obligat.*Sancta Synodus*(sic illa) *vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit; vt in omnibus monasterijs sibi subiectis, ordinaria,in alijs verò,Sedis Apostolicæ auctoritate,clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui; & vbi inuiolata est,conseruari, maximè procurent; inobedientes,atq. contradictores, per censuras ecclesiasticas,aliasque pœnas quacumque appellatione postposita compescentes, inuocato etiam ad hoc,si opus fuerit,auxilio brachij sæcularis.*

An Episcopi teneantur compellere ad clausuram Moniales Regularibus subiectas.

NEgat Sanchez probabilissimè,c. 15. lib. 6. cit.num.21.existimatque, ex mente Synodi Tridentinę,Posse eos auctoritate Apostolica Monialib. Apostolicæ Sedi immediatè subiectis clausuram indicere, non autem alijs Regularium Prelatorum gubernationi commissis, probat ex c.periculoso, de

 statu

statu,Reg.in 6.& ex Nauar. Com.4. de Reg. nu.60.Idem sentit Bonacina q.1.p.6.

An sæculares peccent si opem in hac re Episcopis non afferant.

PRincipes contra decretum Concilij Tridentini non delinquunt, si auxilium petitum negent: quia Concilium eos hortatur; aliam tamen infringũt legem, qua ex officio ad illud præbendum iustè obligantur: at magistratus mortiferè peccant, & anathemate plectuntur, si, sine iusta causa, petitum denegent auxilium. *Inuocato ad hoc si opus fuerit* (ait Conc. Trid.l.c.) *auxilio brachij sæcularis, quod auxilium, vt præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sæcularibus iniungit.* In hanc sententiam iuit Sanchez nu.22.loc.cit.

De maiori excommunicatione loqui sanctam Synodum, extra controuersiam esse, opinor; præceptum enim graue est, & nõ solent Pontifices, & Concilia minoris excommunicationis censuram adhibere, cum sub pœna excommunicationis, aliquid præcipiũt, vt communis sensus Doctorum tradit.

An contraria consuetudine aliquæ Moniales à lege clausuræ excusentur?

SAnctus Thomas 1.2.q.97.art.3. rectè docet, consuetudinem (hæc per actus multiplicatos efficitur). vim legis habere, legem abolere, & interpretari. Idem Soto lib. 1. de iust.& iure q.7.ar.2.addens, non habere vim legis, nisi Principis consensu, de quo Suarez li.7.de Legibus,cap.13. Caietanus in Summa v. Monachi,de clausura Monialib. à iure indicta loquens(nempe à Bonifacij VIII. lege, fuit enim Caiet. ante Concilium Tridentinũ)Moniales,si nunquam fuit acceptata lex, & Episcopi semper sic gubernarunt, egrediẽdi facultatem concedendo, excusari testatur; quia, inquit, iura non recepta tanto tempore infirma sunt. Sanchez, tom. 2.Op. mor.lib.6.cap.15.num.4.sẽtẽtia est, contraria cõsuetudine decretis de seruãda clausura derogari;cum Caietano sentit etiam Suarez,to. 4.de Relig. tit.lib.5.ca.8.num.11.Idemque dicendum putat, si alicubi fuit aliquando acceptata, & deinde contraria cõsuetudine reuocata; lex autem illa de Monialium clausura, abrogari potuit in vna Prouincia, & non in alia;immo in eadem Prouincia in vno religioso Ordine,& nõ in alio; & in vno eiusdẽ Ordinis cœnobio & nõ in alio: nam Cõmunitates diuersæ sũt, & potest vna legem recipere, seu præscribere cõtra illam:quamuis alia nõ recipiat,& ad vsum nõ reuocet; quare nõ facilè damnãdę Moniales, quæ alicubi ex cõsuetudine diuturna, & iusta, clausuræ legibus,Episcopis scientibus,& nõ repugnantibus, nõ parẽt: qui tamẽ omnem lapidem mouere debẽt,vt illæ tã suaue,vtileque iugum subeãt: Nõ vno in loco, Antistitum, animarum zelo æstuãtium studio,Moniales,quæ prius exibãt è claustris cum laude, animarum fructu, & voluptate,clausæ viuunt.

De vetito ingressu in Monialium Cœnobia, Hanc secundam clausuræ earum partem appellare licet.

BOnif.VIII.c.vn.de stat.reg.in 6.de hac re sic statuit. *Nulliq. aliquatenus inhonesta persona,nec etiam honesta (nisi rationabilis,& manifesta causa existat, ac de illius ad quem pertinuerit,speciali licentia) ingressus, vel accessus pateat ad easdem*; In regula Saluatoris,pro monialibus S. Brigittæ, tradita à Christo Domino,præcipitur,ca.7.ne viri,aut mulieres in earũ monasterium ingrediãtur. Conc.Trid. Bonifacianum decretũ innouãs, dixit. *Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat,cuiuscumq. generis, aut conditionis,sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.* His adde,quę Gregor.XIII.m.p. *Vbi gratiæ. a. sess.25.c.v.de Regul.*

An Reges, & Reginæ comprehendantur a Conc.Trid.& à Gregorio xiij. dum vetant, ne quis in Monialiũ Cœnobia ingrediatur.

NOnnulli affirmant probabilissimè; quia verba Conc.luce clariora sunt, & sumus in fauorabilibus, quia Cõc.& Greg.animarum bonum,& Religionis fauorẽ respiciunt.Hanc sentẽtiam valide tuetur Merolla,tom.1. Disput. Theol. mor. Disp. 1. cap.2. Coroll.10.diff. 3. refertq. pro eadem Suarez tom.5.in p.3.Disput.22.sect.6.num. 11. Idem asserit de S.R.E.Cardinalibus, qui Regib. æquiparantur. Negat,Sanc.c.16.l.c.Suar.to.4. ad Relig.& Eman.to.1.qq.Reg.q.48. artic.1.

Quibus

Quibus adhæret Bonacina ; de filijs autem, & filiabus Regum idem sentiunt. Regula Monialium Ordinis minorum, Regij sanguinis fœminis, & monasteriorum fundatricibus concedit, vt etiam cũ decenti comitatu ingredi possint. Greg.XIII.interrogatum dixisse, ferunt, se huiusmodi regulæ, quo ad Reginas, & fundatrices non derogasse : quoad monasteria Monialium quorumcunque Ordinum, si Reginis, & fundatricibus id conceditur in Regula, extendunt Sanchez c.17.& Merolla nu.471.l.c.

An Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus ingressus in monasteria Monialium sit vetitus?

CArdinales in monasteria Sãctimonialiũ sibi subiectarũ, in casibus necessarijs ingredi possunt. præsunt Cardinales Episcopi Monialibus suæ iurisdictionis, præsunt nonnulli Vrbis monasterijs Episcopali in illa prædīti iurisdictione ; præsunt nonnulli, quatenus Protectores tantum quorundam Cænobiorum. De habentibus iurisdictionem intelligenda est conclusio ; non autem de non habẽtibus: nisi ex Apostolica cõcessione, hoc etiam ijs liceat. Sodalitas S. Bernardi Romæ res temporales Cœnobij. S.Susannæ administrat, Eminentiss. & Reuerendiss. Cardinalis protectioni subest. Sixti V. Cænobij Fundatoris priuilegio, tres Sacerdotes, qui Visitatores dicuntur, ad spirituale Monialium regimen deligit: hos autẽ Sixtus quasi Episcopali iurisdictione in idem monasterium munitos esse, voluit. tomo 2. Bullarij extat constitutio. *Sacrosancta militantis, &c.* Dat. an. 1587. Id Iul. Secundum Vrbani IV. regulam, Monialibus S. Claræ traditã, poterant Cardinales in earum claustra se conferre : at hoc priuilegium Synodi Trid. & Romanorum Pontificum decretis sublatum putat Miranda quæst. 2. art. 13. de Monial. traditque, ingressum in Cœnobia Monialium, præcipuè S. Claræ, sine peculiari Sedis Apostolicæ licẽtia (monasteria eorum iurisdictioni subiecta, in necessarijs tamen casibus, excipit) ijs non licere ; probat ex Trident. ex Pio V. & ex Gregor. XIII. v. etiam Merollam Diffic. 3. loco citato. num. 468.

* * *

An Episcopi, & alij Sanctimonialium Superiores, sine iusta causa, intra earum septa se conferre possint?

CErtum est, eos non posse : hoc enim vetant Cõc. Trid. l.c. & Greg. XIII. per lege loca, & Nau. lib. 3. cons. 9. de stat. Monachorum, Mirand. q. 2. ar. 14. concl. 2. Meroll. l. c. nu. 472. Sanchez præterea c. 16. n. 24. & 25. l. c. reijcientem Collectorem priuilegiorum Mendicantium, qui censuit, Superiorem, ob iustam causam, ingressurum, indigere facultate alterius sibi Superioris. Vera est contraria sententia (licet .n. Superiores ea licentia vti, quã alijs concedere possunt (quam Greg. XIII. docuisse videtur; m.p. *Dubijs, qui emergunt, &c.* de hac re Miranda l.c. concl. 1.

An fœminis, etiam Monialibus, sit interdictus huiusmodi ingressus?

INterdictum esse, ambigere nõ possumus. Synodus Trid. l.c. vtrumque sexum complexa est. Quid si Sãctimoniales ex causa iusta è suo Cœnobio discedant? Censuit quidam, Monialem, ad alterum monasterium pergentem, in itinere excipi posse, hospitij gratia, in quocumq. etiam alterius Ordinis, habitus suæ Cœnobio; At Sanchez, c. 16. nu. 10. huiusmodi Monialem ab Abbatissa eiusdem Ordinis, vel habitus, ne petita quidem Superioris licentia, hospitio excipi posse, ait ; quia nõ putatur extranea ; secus si sit alterius Ordinis, vel habitus ; Idem iudicat, si in peculiaribus ædibus degat, sanitatem recuperatura, & animi gratia, vel inuisendi Moniales, in aliud illius loci monasterium eiusdem Ordinis ingredi vellet, concedente tamen facultatẽ eiusdem monastarij Superiore. Si in aliquo loco, cum iter habet, non esset eiusdẽ Ordinis Cęnobium ; aut, si esset, nollent Moniales eã excipere; nec esset domus, in qua posset commodè noctem transigere, in alterius Ordinis monasterio, eius Superiore veniam dante, excipi posse, opinantur ; secus si animi gratia, aut Moniales inuisendi, intra alterius Ordinis septa penetrare vellet ; est enim extranea ; nec adest iusta causa, ob quam Prælatus veniam dare queat ; cum Sanchez non possum non sentire, quem Merolla secutus est, n. 483. l.c. Monialis vnius Cęnobij in proximum Monialium Cœnobium, ex leuitate, interiecti parietis foramẽ ingrediens clausuram violat ; si Episcopus id illi vellet concedere, non posset, deest enim iusta causa.

Quid

Quid dicendum est de Amentibus, & Infantibus.

CONC. Trid. l.c. nemini cuiusque generis, aut conditionis sexus, vel ætatis fuerit, intra claustra monasterij Monialium ingredi licere, ait, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda.

Amentes iudicij vtentes interuallis, dum amentia non laborant, & possunt mortifere delinquere lethali se obstringunt scelere, ingredientes, sine licentia, (nisi ignorantia excusentur) & anathemate percelluntur. Amétia laborantes ad tempus, vel perpetuo, lethale piaculum non patrant ingredientes, nec censura irretiuntur; quia carent vsu rationis: prohibitio tamen, si sint in pubertate, eos afficit, vt nō possint intra monasteria admitti; infringunt hanc legem, qui sunt in causa, vt illi ingrediantur; multa illi cum religiosi status honestate, & Sacrarum mulierum pudore pugnantia patrare possunt; sic Sanchez, nu.8. l.c. Nau. Com.4.de regul. Azor.tom.1. Instit.Moral. lib.13. cap.8.q.5. Miranda, q.2. art 1. de Moral. Rodriquez to. 1. qq. Regul. & his recentior Merolla, diff. 3. nu. 478. qui cum Suarez (to.4.de Relig. lib.1.c.10. nu.5.) rectum opinatur, Moniales, eos intra Monasterij septa admittentes, in excommunicationem labi.

Infantes ante vsum rationis, neque culpæ, neque excommunicationis rei esse possunt; Moniales inter septa eos admittentes, excōmunicatione non plecti, docent Nau. Azor. Miranda; Sanchez n.4. & 5. Bonacina q.4. p. 1. Cordubam, aliosque pro eadem sententia refert Merolla nu.475. Suarez, c.10.n.1. præceptum in infantes directè non cadere; ac proinde neque indirectè in eos admittentes, docuit Merol'a. Moniales eos admittentes, neque delinquere, neque in anathematis laqueum (per se loquendo) cadere, putaui; per accidens, ratione scandali, aut periculi labendi, in lethalem culpam cōtra ius naturæ, Moniales id facientes, mortifera labe infici possunt. Comitolus, lib 6. Resp. mor. q.22. mortiferam noxam, & excommunicationis vinculū in Monialibus eos admittentibus agnoscit; Cardinalemque S. Seuerinæ, Maiorem Pœnitentiarium, & Clementem VIII. sic respondisse, narrat. alij in eadem sunt sentētia, Naldus præcipuè, in Summa V. clausura num.4. Fœminas pueros ante septennium osculis, tactu, aspectu virilium, cōplexu impudico abuti posse, quis negat? ego certe Sanctimonialem, pueros doli nondum capaces intra septa Cœnobij admittere cupientem, ne id faceret, monerem, rogarem, auerterem ab ea mente, si possem. *Qui amat periculum peribit in illo. Qui tangit picem inquinabatur ab ea.* Septennes pueros, quia communiter, septennio absoluto, rationis fax in ijs fulget, hoc præcepto vinciri, tradit Sanchez nu. 7. l. c.

Qui licentiam ingrediendi in Monialium Cenobia tribuere possint.

EXtra casus necessarios, solus Pont. Maximus S. Petri Successor id facere potest; conditis Ecclesiæ leges, vel à Concilio Generali latas munit sua auctoritate. v. Suar. tom. 4. de Relig. l.b.1.c.10.nu.10. De Concilio Generali Pontificis Max. auctoritate habito, & munito idem affirmes licet.

In casibus necessarijs Episcopus, vel Superior. *Dare autem* (ait Synodus Trid. sess.25.c. 5. de Reg.) *tantum Episcopus, vel Superior licētiā debet in casibus necessarijs.* Bonif. VIII. decreuit c. vnic. de stat. Relig. in 6.) *de illis, ad quem pertinuerit, speciali licentia.* Pius V. Constitut. Bonae. à Concil. approbatam, & innouatam approbauit, &c. m. p. *Pastoralis.*

Episcopi ordinaria, in monasterijs sibi subiectis, in ijs autē, quæ subijciuntur Sedi Apostolicæ, delegata in hac re auctoritate vtuntur. Episcopi nomine, intellige etiam Cardinalem, Archiepiscopum, & Patriarcham, & Capitulum, Sede vacante, Abbates, aliosque inferiores Prælatos, quorū iurisdictioni Monialium monasteria immediatè subijciuntur. Suarez cap. 10. nu.11. Romæ cœnobijs Monialium Purificationis, Gimnasius. S. Ioseph Lantes; S. Ceciliæ Ginettus Cardinales Reuerendiss. & Eminentissimi, præsunt; alios nonnullos silentio prætereo.

Nomine Superioris, intelligendi sunt, quicunque Sanct monialium cœnobijs præsunt, Episcopali à Romano Pōtifice iurisdictione, ad ea regenda, donati. Prælati Regulares regēdis monasterijs Monialium Pontificia auctoritate addicti, eorum Superiores in hac re sunt. Sixtus V. erecto à se (modo est apud S. Susannam) sacrarum mulierum in vrbe monasterio, tres sacerdotes, Visitatores nuncupatos, à sodalitate S. Bernardi delegatos, præfectos esse decreuit qui eius, Vicarij Pōtificij in Vrbe, Vicesgerentis, & Locatenentiū vices

ces gererent,& monasterio, Collegio, illius Abbatissæ, & Monialibus in spiritualib. præessent. Paulus V. Romæ ad radices, Quirinalis, monasterium Monialium S. Mariæ Virginum, anno 1613. instituit,& in spiritualibus præfecto Congregationis, & duobus Visitatoribus; Vrbanus autem VIII. Cardinali Vicario subiecit. Visitatoribus S. Susannæ modo præest Protector monasterij, & Sodalitatis Eminentissimus, & Reuerendissimus F. Card. Barberinus;& post Visitatores, in casibus necessarijs, licentiam ingrediendi sua munit auctoritate. Audio, in Gallia tres Sorbonicos Theologos, Pontificio decreto, monasteriorum S. Teresiæ Præsides esse.

Abbatissis non est concessum, vt licentiam ingressus in monasteria tribuant; ijs enim iniuncta est clausuræ necessitas. Suarez c p. 10. nu. 14. l.c. Sanchez c. 16. nu. 22. At quando grauissima vrget necessitas, & periculũ imminet, si Superioris licentia expectetur (non autem Abbatissæ) ex præsumpta Superioris voluntate, ad eum, vt licentiam det, necessario confugiendum esse, probabiliter docent Sanchez num. 35. Rodriquez par. 1. qq. Reg. q. 46. ar. 6. & Merolla, diff. 6. lo. c. num. 492. tesellens Bonacinam negantis sententiæ sectatorem.

Redeo ad Prelatos Regulares. Ex vi Cõcil. Trid. Prouincialis licentia satis est: quia ratione eorum, quibus præest, in iurisdictione est, quasi Episcopus. Si ex regula alicuius Religionis, necessaria esset licentia Prælati supremi, quem Generalem dicunt, hoc non repugnaret Concilio, nec Bonifacio VIII. illud dixit, *Superioris*, hic *ad quem pertinuerit*. Prælatum conuentualem, saltem apud Mendicantes, alicui monasterio Monialium præfectum, hanc licentiam dare non posse, quia Episcopali iurisdictione nõ est præditus, probabile existimat Suarez. Verum Sanchez nu. 15. loc. c. affirmantem opinionem sequitur; si conuentualis ille Prelatus alicuius monasterij sit Superior: Infert etiam Generalem, aut Prouincialem, licentiam ingrediendi in illud cœnobium, quod summi Pontificis auctoritate, peculiari Prælati conuentualis iurisditioni subest, tribuere non posse; non discrepat Merolla, nu. 586. diff. 4.

Capitulum Canonicorum, siue eius Vicarius, Sede vacante, hanc licentiam dat? Suarez cap. 10 nu. 11. l.c. Sanchez cap. 15. nu. 30. Nomine Ordinarij, Vicarij huiusmodi compræhenduntur: Pius autem V. m. p. *Decori*, dixit, Episcopum hoc posse, vel alium loci Ordinarium; Capitulum in iurisdictione ordinaria succedit Episcopo; & Ordinarius dici potest.

Vicarius Generalis Episcopi nõ caret hac facultate; nam est Ordinarius, & eadem pollet, qua Episcopus, iurisdictione; Refert Suarez, cap. 10. nu. 11. Congregationem Cardinalium id declarasse, adiecta conditione specialis ad id mandati, *dummodo* (ait Congregatio) *mandatũ speciale ad hoc habeat*. Hanc facultatem Vicario Generali ab Episcopo adimi posse, eam sibi reseruando. & Vicario Foraneo tradi, dixit Sanchez l.c. In monasterijs Apostolicæ Sedi immediatè subiectis, & Episcopo commissis, non idem poterit illius Vicarius; nam Episcopus delegatam in ijs, non autem ordinariam exercet iurisdictionem: quicquid dixerit Llamas in methodo curationis. Capitulum Sede vacante, quamuis in delegatam Episcopo iurisdictionem non succedat, hoc posse, valde probabile existimo, Sanchez, l.c. Synodi, & Pontificum hanc mentem esse iudicat: cænobia enim Sãctimonialium sine Superiore, quem possit adire, relinquenda non sunt. Quæ de Generali Vicario Episcopi dixit, de Vicarijs Generalibus quorumcunque Prælatorum iurisdictione, quasi Episcopali gaudentium, & de Vicarijs similibus Ordinum militarium, affirmat Sanch. l. c. Episcopus, & Regularis Prælatus, Abbatissæ, vel Confessarijs licentiæ dandæ ad ingrediendum intra septa indicata, in casibus, qui frequenter solent accidere, generalem potestatem facere posse, cum Nauarr. Manuele, & Grassio idem testatus est.

a *Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. nu. 13.*
b *De hac re etiam superius.* c *cap. 16. n. 23.*

An Episcopus veniam ingressus in subiecta sibi monasteria omnibus Regularibus impartiri possit. An alicui in exempta, & non sibi commissa; & an eius consensu in hac re, Regulares Prælati, alijq. Moniales, ordinaria potestate regentes, indigeant.

TRibus assertionibus rem absoluo. Prima, Episcopus licentiam ingrediẽdi in Monialium monasteria fratribus Minoribus impartiri non potest; quoniam ex iure communi Regulæ, solus Summus Pontifex hanc illi facultatẽ tribuit *Præcipio firmiter* (ait Regula c. 11.) *fratribus vniuersis ne ingrediantur monasteria Monachorum præter illos, quib. a*

Sede Apostolica concessa est licentia specialis. Vide Mirandam q.2. de Monial.ar.2. Sanchez cap.16. nu.17.& nu.19. & Merollam n. 488. & perpende, quæ hi duo, de priuilegio à Leone X. Minoribus concesso scripserunt.

Secunda, licentiam ingrediendi in exempta Sanctimonialium cœnobia, Episcopus, ordinaria auctoritate dare non potest; in subiecta immediatè Summo Pontifici, ex eius delegatione, potest, in casibus tamen necessarijs: non eget assertio probatione.

Tertia, Prælati Regulares, alijve, qui Monialibus, iurisdictione quasi Episcopali donati præsunt, non indigent Episcopi consensu, & approbatione, vt ingrediendi facultatem tribuant. Hoc requiritur, quando Monialibus, ex iusta causa, danda est ad exeundum venia, vt ostendimus superius, cum de iusto earum è cœnobijs egressu egeremus.

Animaduerte tamen, Confessarios quomodocunque exemptos, tam ordinarios, quā
a extraordinarios, ad Sanctimonialium, etiam subiectarum, confessiones excipiendas deputari non posse (ex Gregorio XV. constitutione 18. *Inscrutabili*) nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant; quare sine hac approbatione, ęgrotantium Monialium confessiones audituri, monasteria ingredi non poterunt; quamuis veniam, ad id, ab illarum Superioribus sint adepti.

a *tom. 4. Bullarij, anno 1622. non. Februar.*

An Episcopus vel alius Monialium Superior intra earum septa, ex iusta causa ingressurus, egeat sui superioris licentia.

COllectoris priuilegiorum Mendicantiū sententia fuit (v. Accedere ad monasteria) hunc etiam Superioris egere licentia; at verè dixit Sanchez, nu.25.l.c. non egere: concedunt enim Doctores, Superiores, licentia, quam possunt alijs tribuere, vti posse. Greg. XIII. m.p. *Dubijs*, hunc nodum soluit: cū dixit Prælatos Monialium tam sæculares, quā regulares, facultate sibi ex officio attributa, ingrediendi monasteria, ita demū vti posse, si id faciant in casibus necessarijs, & paucis, ijsque senioribus, & religiosis personis comitati. Nauarrum, Azorium, & alios, pro hac sententia, refert Sanchez, idem sentire Suar. cap. 10. num. 23. l.c. & Merolla diffic.5. alios adhuc recensens. Eos quoque, qui delegata, ad hanc licentiam tribuendam, non tamen ad certas personas limitata auctoritate pollent, id posse facere, affirmant Sanchez, & Merolla l.c. Idem dicunt si licentia ad officiū, non autem ad certas personas, sit limitata; potest autem Episcopus cenobia Monialium introire, ex ea causa, quæ sufficit, vt alijs introeundi facultatem det, v. Mirandam l.c.

a *Idem Miranda q.2.art.14.de Monial.*

An vnus ex tribus Visitatoribus, ad monasterium regendum institutis à Sixto V. possit introire, ex causa iusta, sine Collegarum venia.

NOn potest; quia facultas data est tribus a
coniunctim, non vni. si id faceret, legē clausuræ violaret, excommunicationeque afficeretur: quia sine licentia ingrederetur. vide Conc. Trid. sess.25.cap.5.de Regul.

a *v. Constit. Sacrosancta militantis t. 2. Bullarij in Sixto V.*

An alij duo suas vices illi delegare possint.

CVm omnes sint delegati à Summo Pontifice, id ab ijs fieri posse affirmandum; nam delegatus à Principe potest subdelegare, cap.fin.de off.iud.deleg.& Honorij III. verba sunt, *cum non nisi delegatus à Principe causam alij valeat delegare.* c. cum causa, de appelat. Facultas in scriptis danda est, vt ille ostendere possit (re id postulante) se iure ingressum esse.

An duo ingredi possint, ex iusta causa.

POssunt; quia licet lex Sixti V. tres iunctos videatur requirere; ex constitutionibus tamen monasterij illius (Sanctæ Susannæ) à M. Bonello Cardinali Alexandrino, Sodalitatis S. Bernardi, & monasterij Protectore, facultatem à Summo Pontifice ad id adepto, confirmatis, constat, neminem, quamuis sit artifex, cuius opera monasterium egeat, in illud ingredi posse: nisi prius licentiam intrandi ab omnibus, vel à duobus assequutus. *Si* duo licentiam ingressus tribuere possunt: cur ipsi ingredi non poterunt, cum Episcopi, aut alterius Superioris locum teneant?

An

An vnus, ex aliorum venia, aut duo, aut tres ex iusta causa ingressuri, teneantur habere secum paucos seniores, & religiosos, vt prædicit Gregor. XIII. M. P. Dubijs.

CErtum existimo, vel vnum (alijs concedentibus,) vel duos, vel tres, ingressuros, debere secum habere paucos comites, seniores, & religiosos; nam vnum referunt Episcopum, vel Superiorem; & vnus Episcopus ingressurus, seu Superior, tenetur adhibere comites paucos, seniores, & religiosos, vt Pontificium præceptum requirit: ergo & plures vnius facultatem habentes, & vnum referentes.

An Episcopus Superioris licentia egeat, vt possit ingredi Monasteria Regularibus subiecta, quæ ad clausuram pertinent, inspecturus.

SI non constet, clausuram esse violatam in exempto Monasterio, Episcopus, sine licentia Summi Pontificis, aut Legati Apostolici, potestate dandi licentiam ab eo instructi, nõ potest ingredi; At si violatam fuisse clausuram, publice constet, ingredi poterit si tamen semel, & iterũ ordinarium exempti Monasterij Prælatũ de hac re prius monuerit. ita censet Miranda, probatque ex c. vnico,
a de stat. Regul. in 6. vbi Bonifacius VIII. Episcopis præcipit, vt in Monasterijs, ordinario iure sibi subiectis, in spectãtibus vero immediatè ad Romanam Ecclesiam, Apostolicæ Sedis auctoritate, Abbates verò, aliosq. Prælates Monasteriorum, & Ordinum quorumcunque in Monasterijs sibi subiectis de clausura conuenienti, vbi nõ est, Monasteriorum ipsorum expensis, fideliumq. eleemosynis facienda; & de ipsis Monialibus includendis, quam primum commodè poterunt, prouidere procurent; Innouat, ait, Miranda Bonifacij legem Concilium Tridentinum; at per Bonifacium Regularibus Prælatis licebat Moniales sibi subiectas claudere; ergò, & modo. Bonifacius loquitur de clausura, quæ non erat, extruenda, & de Monialibus in ea claudendis: at Conciliũ de clausura violata restituenda, & de inuiolata conseruanda: si Prǽlati Regulares moniti, violatam in suis monasterijs clausuram non restituant, & inuiol. tam conseruare negligant, possant Episcopi, Apostolica auctoritate à Trid. Sin. tradita, id facere, inobedientesque, & contradictores Ecclesiasticis cẽsuris, alijsque pęnis compescere: Pręterea intrare earum claustra, si ad hoc ingressus sit moraliter necessarius, de ingressu necessario sancta Synodus nihil exprefsè; & tacitè, & implicitè illum permittit; dum præcipit id, quod sine illo effici nequit; cui licet, quod est plus, licet vtique, quod est minus. de Reg. iur. li. 6. Sanctus Carolus singulas Moniales monasterij, non ei subiecti ab Episcopo de clausuræ obseruatione interrogari posse, censuit. Conc. Prouinc. Med. v. c. *Quæ ad moniales pertinent*: & Naldus in Summa v. Clausura nu. 2. vbi etiam cum Lælio Zecchio, in Rep. Eccles. existimat, Episcopum à Regularibus impediri non posse, quin ratione clausuræ, eis subiecta Monialium cœnobia visitet, quoties putauerit expedire.

a *l. c. q. 2. art. 14. concl. 3.* b *Sess. 25. cap. 5. de Regul.*

An sint aliqua sacrarum Mulierum cœnobia, in qua, sine Ordinarij licentia, ingredi liceat.

IN cœnobia quædam Monialium Ordinum militarium, viros, & fœminas, ex iustis, honestisque causis, earum Præfecta veniam dante in Hispania ingredi, narrat vir doctus a
Basilius Pontius: tutasque eas esse in conscientia, iudicat: & ingredientes excusari, quia ex consuetudine confirmata id faciunt, videntibus, & consentientibus earum Prælatis, & Regio supremo Ordinum Senatu. Si b
Pij V. lex eas comprehendit: (vt multi existimant) lex illa non fuit recepta, vel receptam consuetudo contraria sustulit. Simplicibus, non autem solemnibus, se votis obstringunt: sunt tamen (Poncij sententia) non solum Ecclesiasticæ personę, fori priuilegio gaudentes (vt est vnus omnium Doctorum consensus) sed etiam Religiosorum; (quamuis nonnulli Theologi, & Canonum periti contrariæ opinioni adhæreant,) in odiosis tamen, Religiosorum nomine, coniugalem castitatẽ vouentes, non intelligi, nonnullis visum. Moniales Granatenses militares excepit Poncius. His, eodem teste, Granatam aliũde aduectis, Reges Catholici Ferdinandus, & Elisaberta certos redditus, ea conditione, tradiderunt, vt clausuram profiterentur, & sic illæ spontè à suo recesserunt instituto.

Oblatis Turris speculorũ Vrbis, simplicibus

bus votis deuinctis (quorum domum Eugenius IV. Monasterium nuncupauit) non fuit Pontificia lege indicta clausura : egrediuntur, Præsidentis concessu, aliquando: at non solæ ; & clauso, vt plurimum, curru : vna ex senioribus, & prudentioribus, egredientium Monialium duce, & custode S. Francisca Romana, quam insignis instituti parentem, virtutū magistram, & ducem sanctissimam venerabundæ colunt, suscipiunt, & imitari student. præceptum ijs reliquit, (c. 31. Constitutionum) ne quis quinque annorum ætate maior, earum cœnobium intrare possit; Confessario, extrema vrgente necessitate, Medico, ob morbum alicuius ex eis grauem, Cæmentarijs fabris, lignarijs, alijsque artificibus, in necessarijs casibus, exceptis.

a *De imped. Matrim.*
b *Quidam censent, eas M. P. Pij V. non comprehendi.*
c *V. Azor to. 1. Inst. Mor. lib. 13. c. Q. 4.*

De causis iustis concedendæ licentiæ ad introeundum in Monialium Cœnobia.

BOnifacius VIII. c. vn. de stat. Reg. in 6. causam rationabilem, manifestam, *Nisi rationabilis, & manifesta causa existat*, Cōc. Trid. casus necessarios vocat. *dare autem tātum Episcopus, vel Superior licentiam debet in casibus necessarijs*. Iisdem verbis, *casibus*
a *necessarijs*, vtitur Gregor. XIII. constit. Dubijs, &c. anno 1575. declarans, ne ipsos quidem Episcopos, aliosque Superiores, extra casus necessarios, ingredi posse ; & const. *Vbi gratia* &c. necessitates vrgentes, casus necessarios appellat ; & plectuntur anathemate, Summo Pontifici reseruato, qui licentia ingrediendi, quam sunt adepti, extra casus necessarios, sine vrgenti necessitate, vtuntur. Sanctus Carolus Conc. Prouin. V. declarat, habentem licentiam adeundi septa Monialium, id tantum facere posse, cum necessitas vrgens exposcit. Casus autem necessarios, siue vrgentes, moraliter intellige; non autem physice. Moralis necessitas est causa moraliter necessaria ; si moralem monasterij necessitatem ministerium peragendum respiciat, nec à Monialibus commodè peragi possit, nec sine ingressu in monasterium ; secus, si, sine ingressu, vel ab illis exerceri queat. Sanchez nu. 42. l. c. causam rationabilem, & manifestam ex Bonifacij VIII. postulat, Syn. Trid. eam Bonifacij legem r. nouauit; sed in hac re coarctauit, dicens, *in casibus necessarijs*, rationabilis causa latius patet, quam casus necessarij ; matrem septa monialium ingredi, vt filiam morti proximam inuiset, cum ratione congruit; at non est necessarium; neque post Concilium, eiusmodi causa satis est. Sanctus Carolus in Conc. Prouinc. b

GLos. in c. vn. de stat. Regul. in 6. ad V. causam, refert exempla in Medicis, Barbitōsoribus, Sutoribus, Carpentarijs, cum eguerint. & similibus; & casus ad humanam vitam necessarios videtur respexisse : huiusmodi casus accidunt certe frequentius : ad eos solum non est Conc. decretum restringendum. Quam necessarij debeant esse casus, in quibus licentia dari possit, Synodus nō explicat, Gregorius XIII. quem secutus est S. Carolus, vrgentes necessitates exposcit; verum non addit maiorem necessitatis gradum, (vt probe Suarez c. 10. num. 16. l. c.) sed ad legis obseruantiam acriter excitat. cum licentia, ad ingrediendum in casibus necessarijs, tributa tibi vtendum est, vrgens necessitas debet adesse. Gregor. contra ingredientes prætextu licentiæ, in casibus necessarijs, pænas decreuit, quod Synodus Trid. non fecerat perpende verba Gregorij XIII. c

Duplicem Suarez considerat necessitatē : communem, seu ordinariam, & extraordinariam repentini, & inopinati euentus : illa tangitur à Glos. cit. excipiturque ex rei natura, & non caret latitudine ægrotans Monialis eget Medico ; an vnus sit satis, vel plures requirantur, iudicabit Episcopus, siue alius Superior; & nulla alia regula afferri potest in similibus, nisi prudens arbitrium illius, quī dare licentiam potest. Alteram necessitatem, quo ad mensuram, & gradus eius, prudenti eiusdem Superioris arbitrio relictam esse ; & ingressum viri, maiorem, quam fæminæ; nocturnumque, quam diurnum, necessitatem requirere, testatus est Suarez. Posteriorem hanc necessitatem Synodus, forsitan, præoculis habuit, iisq. verbis vsa est *in casibus necessarijs*. De causa ingressus, Sanchez c. 16. li. 6. to. 2. p. an. Bonac. de Clausura q. 4.

a *Constit. Vbi gratia.*
b *c. periculosum de stat. reg. in 6.*
c *Constit. vbi gratia, l. c.*

Pro

Pro casibus non ordinarijs necessitatis, quos generalis facultas commodè nō potest complecti, quid agendum Episcopo, vel alij Superiori, si à Virginum cœnobio longe absit?

VIces suas viro prudenti, pio, & rerum Sanctimonialium perito, qui à cœnobio non longe absit, committere debet, vt in repentina necessitate, cum periculum est in mora, facultatem ingrediendi, ex eius delegatione, tribuat: ne Sanctimoniales necessario auxilio destituantur. Suarez idem sensit l. c.

Si accidat repentina necessitas, & Episcopus, qui nemini sua credidit voces, adiri non possit, Abbatissa ingressum illius, cuius opera in monasterio est necessaria, permittere poterit?

POterit, si vera, in re graui moralis necessitas accidat; in hac clausuræ lege Epikeia locum suum habet; hæc explicat, legem in aliquo casu non obligare, & subditis competit; cum dispensatio solis competat Prælatis. Vide Soto lib. 1. qu. 7. art. 3. de iust. & iur. Distabat ab Episcopi domicilio, Monialium cenobium, duodecim, & eo amplius, passuum millia, ordinarius Confessarius longe aberat, Episcopi vices nemini ibi creditæ erant, extraordinarius Confessarius licentia Monasterium ingrediendi, destitutus, illarum Virginum confessiones excipiebat; ex ijs vna in mortis periculum, ex morbo lapsa, noxas animi sacra confessione volebat expiare: quid agendum putasses? Abbatissa, docti, & pij sacerdotis consilio, Confessarium extraordinarium ad ægrotantem Monialem sacro ritu audiendam, per equitatem, siue Epikeiam, intra septa, rectè excepit. Doctor Angelicus 2. 2. q. 120. art. 1. dicebat, cum malum est in aliquibus casibus, legem positam sequi, bonum autem est, prætermissis verbis legis, sequi id, quod poscit iustitiæ ratio, & communis vtilitas; id faciendum; & ad hoc ordinari Epikeiam, quæ apud nos dicitur æquitas. De Epikeia fuse Suarez, l. 6. de legibus à cap. 7.

a *l. de Portel. v. clausura nu. 18.*

Causa, quæ non sufficiunt, vt dari posset licentia ingrediendi Sanctimonialium septa.

CAusam benedicendi Monialium cubiculis, aut ea, aliaue cœnobij loca aspergendi aqua benedicta, non admisit S. Carolus in V. Conc. Prouin. Mediolan. &c, ne id fieret, sanciuit. De benedictione, quæ die Sabbati Sancti, adhiberi solet, idem sensisse Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium negotijs præfectam, anno 1595. die 6. Septembris, scribit Naldus in Summa, v. Moniales num. 17. & huic sententiæ adhæret Gauantus quoque in Enchirid. Episcoporum. v. Monialium Clausura. Contrariam multorum annorum consuetudinem sacri Principis consensu receptam, & vim legis habentem, in aliqua diœcesi seruari posse, dicendum erit.

Si locum aliquem monasterij, dæmonum infestatio vexaret, non sine graui Monialiū molestia, & perturbatione: hanc iustam causam, ad concedendum, alicui graui Sacerdoti ingressum, vt locum illum inferorum spirituum terriculamentis infestum, sacra aqua, & precibus cumulet, censebit Episcopus: dum id munus Monialium molestiæ adimendæ profuturum speret, & nullum aliud remediū adesse videat: certe hanc moralem necessitatem esse, non negabis.

Excipere, siue audire, in Abbatissæ electione, ægrarum Monialium vota, casum necessarium, ad septa ingrediendum, non censuit Sacra Congregatio. Naldus l. c. vide Conc. Trid. sess. 25. c. 7. de Regul.

Docere Moniales canēdi, aut pulsādorum organorum artem, nō est sufficiens causa ingressus in monasteriū. Præceptor extra claustra ad crates eas clausas docere potest. Viros à Monialib. abesse, & Monialē peritiorē docendi munere fungi, exoptarem; mallemque Sanctimoniales musices imperitas, quā virorum docentium opera vtentes. Sanchez, tom. 2. p. m. lib. 6. ca. 16. num. 42. opinatus est, magnū Monialium à viro musices perito simul instituendarum numerum, iustā ingressus causam præbere, dum id ad crates commode fieri nequeat: at (pace magni in morali doctrina viri) hanc sententiam probare, nō possum; res est plena periculi, & à morali necessitate aliena: pix apud ignem facile ardet. Exulet potius à Sanctimonialium cęnobijs ars musica; quàm illæ, vel impudicarum

carum cogitationum, ex virorum præsentia, periculum adeant. Prudenter sanè Casinenses Patres p.2.Constit.c.8.de Monialibus, de hac re sic statuerūt. *Magistri autem aut laici, aut Ecclesiastici, aut alius quibusdam ad earum* (Monialium) *Monasteria accedere non permittatur: vt Moniales doceant sonum, aut cantum.*

Episcopum velle singulas Moniales, in visitatione, intra septa audire, ad plures horas, iustam ingressus causam non gigneret; ad cancellorum fenestellam, siue ad crates, eas potest audire.ad illam, ex Conc. Trid. decreto, excipit, auditve earum, in Abbatissæ electione, vota;& poterit intra claustra, longiores illarum sermones audire, nonnullarum nugas, & puerilia, ne dicam deliramēta? Qui hoc parum cautus Episcopus fecit, sapiat in posterum. Si ingresus cœnobium, visitationis gratia, id faciat, errat, nec deerunt qui illum excommunicatum iudicent. v. Conc. Trid. c. 7.loc.c.

Monialem semiægram, quæ ad crates necessarium Medici cōsiliū, & sententiam audire potest, non præbituram medico iustam ingrediendi causam, existimo; non enim militat moralis necessitas; Nec matrem, quæ Monialem filiam graui, morbo tabescentem, intra septa cupit inuisere. Nec inferre frumentum, aut supellectilem alienam in monasterium, vt ibi conseruetur, si baiuli hoc solo nomine sint illud ingresuri. Monasterij necessitas, non autem aliorum commodum, in re huiusmodi requiritur vt facultas ingresus concedi possit. Quid si suppellex sit magni pretij, aut arca ferrocincta pecunijs plena: baiulorum, vt vtramque in cœnobium inferant, ingressus sit necessarius? Sanchez ca.16. n.60.l.c. moralem necessitatem agnosceret: si res insignis benefactoris monasterij essent, & sine graui illius offensione, & monasterij damno, ingresus eas ferentibus negari non posset; Idem iudicaret, quando, præ oppidi angustijs, nullus alius locus tutus ibi reperiretur. ad eas pecunias conseruandas: tunc enim lex caritatis indicaret, depositum illud admittendum esse sed si moniales, sine alicuius ingressu, arcam pecuniarum plenam, aut magnam suppellectilis pretiosæ congeriē intra septa recipere commodè possent, ingresus hominum concedi non posset; quia deesset moralis necessitas.

Nec morbi simulatio iusta causa est; vt Medicus in claustra Monialium pergere possit; nam commentitius, siue ementitus morbus non est morbus. Quid si Monialis sana sibi vulnus infligat, vt Chirurgum intra septa videre & alloqui possit? Si ad sanandū vulnus, spontè inflictum, Chirurgi ingressus sit necessarius. Atque ab Episcopo sit concessa in scriptis ingrediendi facultas, & ingrediatur, non irretitur excommunicatione; crimen admisit Monialis, dum se se vulnere affecit, ob malū finem,& dum fuit in causa, vt Chirurgus, ob eundem finem, intraret in monasterium: at non incidit in pœnam anathematis: quam subiret, quando vulnus inflictum, Chirurgi ingresū necessario nō postulasset.

Nec grauis morbus Sanctimonialis est iusta causa ingressus ancille, quæ illi antequam adiret monasterij claustra, in parentum ædibus deseruire consueuerat; si tamen non desint Moniales, quæ morbo affectæ ministrēt, vt illius necessitas postulat. Abbatissa per Moniales, aut cōuersas necessaria ministeria ei prebenda, curabit. Suarez, c.10.nu.20.loc.c. communē necessitatem monasterij, nō autē vnius, vel alterius Monialis, admittit. Cum agitur de ministerijs intra septa Monialium peragendis, hanc regulam præ oculis habendam, tradit Sanchez, num.41. l. c. Triplicem ministeria conditionem requirūt. Prima est. Vt ministerium peragendum moralem monasterij necessitatem concernat. Secunda. Vt Moniales illud exercere cōmodè nequeant. Tertia, Vt, ad illud exercendum, ingressus in monasterium sit necessarius. Dum abest moralis necessitas: vel, illa vrgente, dum ministerium extra septa, ab alijs, aut intra, à Monialibus peragi potest, non adest iusta causa concedendæ facultatis, ad ingrediendum.

Sartoribus, vt Monialium vestes metiantur, aptentque forcipibus, ingresum concedi posse, arbitratus est Sanch. numer. 43. Nauar. sequutus: verum si Monialis aliqua huic muneri apta in monasterio reperiatur (quales ego in multis monasterijs esse intellexi) ijs concedi non poterit ingressus. Deficiente Monialis huius artis perita, vel adhibeatur mulier artis peritiam edocta: vel, si hæc haberi non possit, Sartor veterum vestium inspectione, sine ingressu id faciat, si fieri possit. Llamas discrepat à Sanchez.

Sutores iustam ingressus causam non habere, Sanchez, rectè existimauit: calceorum mensuram, sine ingressu, non vno modo, agnoscere possunt.

Vt Monialis consecretur, vel Sacramento Confirmationis eius animus muniatur, iusta ingresus causa non est; nisi ægra decūbat, &

peri-

periculum mortis adeat: tunc Episcopus sacro Chrismate eam liniturus, infra septa potest adire:dum illa ad crates nequit accedere.

Ad quęrenda instrumēta in archiuio Monialium intra septa, necessaria pro negotio aliquo, non est iusta causa concedendi ingressum: dum quæri possint à Monialibus, aut illa deferri ad crates, vel rotam: vt ibi peritus aliquis quærat, deficit enim moralis necessitas.

Malefactorem metuentem fore, vt à Iudicis satellitibus insequentibus ex templo extrahatur, non posse à Monialibus intra septa admitti, vere Sanchez; cum autem non delinquere, si per fores monasterij, patentes inuentas, se in illud recipiat, vt grauis pœnæ periculum, ob scelus patratum imminens, effugiat, probabiliter docuit nu.59. l.c. præsens .n. periculum maturioris cōsilij ansam præripit; aut si homo aduertit, à iure defendendæ vitæ, vel grauis damni in corpore deuitandi, excusatur. Dari posse à Superiore ministerij licentiam hominibus, ad eum inde eijciendum, & Iudici præcipuè, dum recusat egredi, & à Monialibus expelli non potest, dubitandum non videtur; dedecet enim, illum inter Moniales degere. Poterit ne ingressus licentia Iudici tribui, vt eum iuridice interroget, vel per ministros rapiat ad carcerem? Si reus non gaudeat Ecclesiæ immunitate, poterit ingressus facultas ab Episcopo, vel ab alio Superiore, cōcedi, vt captus detrudatur in carcerem; & mora periculum afferrente, vel Episcopo licentiam iniustè negante, Iudex sine licentia introire posset; in priori casu vrgens necessitas, id postularet; in posteriori Iudex suo iure iniustè priuaretur. Verum si gaudeat immunitate, facultas tradi non potest, ad ingrediendum, vt capiatur, vel interrogetur, sed vt expellatur è septis ad exteriorem cœnobij locum, qui non careat immunitate. vide Sanchez nu.58. l.c.

Quæres, an vsus Exorcismorum, ad Monialem obsessam à dæmone iuuandam, aut ad experiendum, an aliquam dæmon obsideat, cum de hac re non læuis est dubitatio, sit causa sufficiens, ad ingressum concedendum. Si hæc ad crates, aut ad fenestellam fieri possent, si requiritur ingressus: at nō neutrum in locis indicatis agi queat, ingressus facultas tribui poterit. Morbus, & aliquando morbi suspicio iusta causa est, vt Medicus Episcopo concedente, ingredi posset monialium septa, ad ægrotam sanandam, vel ad explorandum, an aliqua è lecto surgere debeat; dum adest non contemnendi morbi suspicio; cur idem non affirmabimus, dum aliqua dæmonis obsidione, (quæ morbus est grauis, quamuis diuersi generis.) vexatur; ad obsidionem, seu vexationem explorādam, cum de illa magna est dubitatio? Liber Ritualis Ec. Ro. Pauli V. iussu cōscriptus energumenos in templis, vel alio religioso, & honesto loco exorcismis iuuandos; quando autem ægrotant, aut sunt nobiles, vel alia iusta de causa, in priuatis ædibus Sacerdotes exorcismis, & precibus contra obsidentes dæmones depugnare posse, tradit. Hinc etiam collige, quid in re proposita sit dicendum.

An Episcopi, aliique Monialium Prælati, sibi subiectarum cœnobia pro libito, extra casus necessarios, ingredi possint.

NOn possunt. *Caueant*, ait Conc. V. Prou. Mediol. sub S. Carolo, *qui habent licentiam ingrediendi monasteria Monialium, ne pro libito, prætextu licentiæ, intra septa adeant; sed tunc solum cum vrgens necessitas deposcit.* Greg. XIII. m. p. *Dubium*, declarat Prælatos omnes tam sæculares, quam regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessarijs; & paucis, ijsq. senioribus, & religiosis personis comitati. v. etiam m. p. *Vbi gratia*, eiusdem Gregorij, casus necessarios, vrgentes necessitate, appellantis. De hac re Sanchez, lib.6. cap. 16. tom. 2. Oper. mor. Suarez, tom.4. de Relig. lib.1. c.10. num.23. Naldus in Summa. v. Clausura nu. 23.

Non est casus necessarius, vt Episcopus, siue alius Superior ingrediatur, delatio cadaueris Monialis è septis, vt in templo humetur: potest enim facile efferri, & deferri, sine ingressu alicuius.

Nec electio Abbatissæ. *Qui electioni Abbatissæ* (habet Synodus Trid.) *præest, Episcopus, seu Superior claustra monasterij non ingrediatur; sed ante cancellorum fenestellam, vota singulorum audiat, vel accipiat.* At si, ob Monialium perturbationem, aliasue ob causas, casus accidat, qui Episcopi, siue alterius Superioris iudicio, moralem ingrediendi necessitatem exposcat: ingredi poterit; quia adest necessarius

Zz casus

casus. Nauar. in man. c. 27. n. 124. l. m. 4. de Regularibus nu. 591. Suar. nu. citato in fin. Sanchez, c. 16. nu. 50. L. m. confutans Bonacinam, de Clauf. Mon. q. p. 4. nu. 7.

Nec benedictio, aut consecratio Sanctimonialis; nec Sacr. Confirmationis administratio. Clausuram fregit, qui interiori monialium choro, velum consecrationis nõnullis sacris virginibus tradidit; nisi a Summo Pontifice facultatem ad id adeptus fuit. v. Sãchez, nu. 51. 52. l. c.

Si ex rationabili causa Episcopus vel officinas monasterij, cellas, & alia loca, archiuum, supellectilem; valitudinarij, & dormitorij decentiam, ædificium, quod extruitur, extruendumve est, aut ruinã minatur; aut prospectũ, vel parietes, aut locum aliquem interiorem monasterij; quibus à vicinis ædibus, aut hortis, aut via incommodum aliquod imminere, opinetur, inspicere, lustrare: id illi, & Prælato regulari in subiectis monasterijs, ingrediẽdo, facere licebit, comitatu adhibito, quem Greg. XIII. præscripsit.

Vt monialem graui morbo laborantem, & lectulo affixã, grauia, & tegenda secreto Episcopo, in publicũ bonum detegere cupientem audiat, Episcopus intra septa monasterij adire poterit; causa est rationabilis, casusq. moraliter necessarius; si illa alia ratione, magni ponderis secretum aperire illi nequeat.

Non est casus, qui Episcopi, alteriusue superioris ingressum necessario postulet, singulas Moniales seiunctim in visitatione audire: ille enim ad fenestellam, cancellosque audiri
b possunt. Synodus Tridentina, vota Monialiũ in electione Abbatissæ extra claustra, ãte fenestellam cancellosũ, audienda, vel accipienda decreuit. Ingressum Episcopum in cænobium ad lustranda loca: ijs inspectis, ad plures horas, intra septa singularum Monialium dicta excipere, cum extra septa possit, nec debere, nec posse, dicerem. Qui ingreditur, ex iusta causa, & licentiam adeptus, negotio confecto statim exire debet; sine causa Episcopus non potest ingredi, neque ingressus, sine causa commorari. Merolla disp. 7. n. 498.
c Naldus tradunt, iuste ingressum Monialium claustra, à violatæ clausuræ excommunicatione immunem non videri, si, confecta re, pro qua licuit ingressus, notabilem ibi moram trahat. v. Mirandam q. 2. artic. 2. de Monialibus, Collect. Priuil. Mendicantium §. 35. Laur. De Portel. in Dub. Regul. v. Clausura nu. 14.

Posse Episcopum Moniales spiritualibus monitis ad virtutes excitare, & à vitijs auocare intra claustra, dum monasterium interius visitat, probabile est: satius esset fortasse, id præstare extra septa, ad cancellorum fenestellam, aliumve locum opportunum. Ministrum Generalem Minorum in sibi subiecta monasterium, ad sacrum faciendum, ad concionem siue sermonem sacrum, audientibus Monialibus, habendum, si censuerit expedire, ingredi posse, cum quatuor, aut quinque eiusdem Ordinis fratribus, tradit Vrbanus d
IV. in Regula c. 18. & hoc in praxi receptum esse, docuit Lud. Miranda q. 2. de Monial. art. 15. concl. 1. At hæc concessio peculiaris.

a *Sess. 25. cap. 7. de Regul.* b *Sess. 25. cap. 7. de Regul.* c *In summa v. Monialis numer. 15.* d *Habetur to. 2. Bullarij Regula ad Vrb. IV. data monialibus S. Claræ.*

Quos, & quot homines, Episcopus, vel alius Superior, cum, ex iusta causa, intra septa Monialium ingreditur, ducere debeat.

GRegorius XIII. anno 1582. *Dubijs, quæ* &c. declarat, Prælatos sæculares, & regulares cœnobijs Monialium regẽdis præfectos, facultate sibi ex officio attributa in subiecta earum cænobia ingrediendi, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessarijs; & *à paucis, ijsque senioribus, ac religiosis personis comitati.* Cum dicit: *Religiosos,* non intelligit homines trium solemnium votorum obligatione obstrictos, quos tamen non excludit, sed qui religiosis moribus, & a
christiana pietate decorantur. Religio est virtus moralibus virtutibus præstantior, debitumque famulatum in ijs, quæ peculiariter ad diuinum cultum spectant, Deo exhibet. Matronas seniores, christianis virtutibus insignes excipi, excludique à Pontifice, non affirmauerim; nam nomen *persona*, fœminas etiam completi potest; at vsu alicubi receptum nescio, vt matronæ seniores, & sanctimonia claræ, à Prælatis intra septa Monialiũ adeuntibus, quasi comites adhibeantur.

De numero, secundo quæretur loco. Certum numerum non exprimit Pontifex, sed paucos debere esse comites, statuit. Quatuor, & quinque pauci erunt. Vrbanus IV. multis ante Greg. XIII. annis, de monasterijs S. Claræ loquens, Cardinalem Ordinis S. b
Claræ Protectorem, intra septa Monialium eiusdem ordinis ingredi volentem, cum re-

uerentia, & deuotione suscipiendum dicit; at rogandum, vt cum paucis, honestisque socijs introeat: De ministro Generali Minorū,
b hęc habet. *Liceat quoque Ministro Generali Ordines Fratrum Minorum, quando ibidem celebrare voluerit, vel proponere Sororibus verbum Dei, cum quatuor vel quinque Fratribus ipsius Ordinis intra claustra ingredi monasterij, si quando ei videbitur expedire.* Prælatum alium, cui per Pōtificem, aut Cardinalē Ordinis Protectorem ingredi liceat, duobus, vel tribus religiosis, & honestis socijs; Episcopum autem, cui, pro benedictione, aut consecratione Sororum, intra septa rem Diuinam facere aliquando concessum sit, quàm paucioribus, & honestioribus socijs, & ministris potuerit, contentum esse debere, decreuit.

Si ratione ædificij construendi, cum Episcopo, architectus, fabrique lignarius, & cœmentarius intra claustra intrent, senioribus, & religiosis comitibus vti debebit Episcopus; nam illi non tanquam comites, sed vt artifices ab eo adhibētur; multo magis hoc faciet, si illi nec seniores sint, nec religiosi.

a 30. *Decembris.* b *D.Th.*2.2.q.81.ar.6.ar.8. c *an.* 1263. d *V. Mirandam*, q.2.ar.15. *de monialibus.*

Quibus pœnis Episcopi, aliiue Monialium Prælati plectantur, si sine iusta causa, earum claustra ingrediantur.

CONcilium Tridentinum sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrēda, cauet, ne quis sic Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, Monialium septa ingrediatur. Synodum hic de Episcopis, & alijs Monialium Superioribus non loqui, aliquis opinabitur; quicquid sit de hac sententia, quam alij reijciunt, excipe verba Greg.XIII. *Quod si contrafecerint*, ingrediēdo extra casus necessarios, *statuimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice qua contrafecerint, Ecclesiæ ingressu interdictos, pro secunda munere Pontificali, & à Diuinis suspensos; ac deinceps ipso facto, absque vlla declaratione, excommunicatos existere: regulares vero omni officio, ac ministerio priuatos, excommunicationi similiter subiacere.*

Prælatos Pontificali auctos dignitate, & regulares Monialium Superiores his pœnis plecti, constat ex allatis Gregorij verbis. Abbates sæculares, Generales Vicarij Episcoporum, alijque Sanctimonialium Superiores, quasi Episcopali iurisdictione præditi, recensitis pœnis non subijciuntur; præter ex verbis legis; & ita etiam cum Sanchez nu. 99.l.c. sentiunt Merolla num.531. & Bonacina l.c.

Episcopi prima, & secunda vice excommunicatione non afficiuntur, sed in tertia, & sequentibus. Cum Episcopis Regulares Monialium Superiores iungunt Llamas in Methodo curat, & Bonacina l.c. At refellenda hæc sententia: nam Gregorius in donatis episcopali dignitate, non autem in Prælatis Regularibus ea carentibus, distinxit ingressus; illos in tertio ingressu, &c. plecti excommunicatione; hos, dum legem infringunt. in hac sententia habes Sanchez num. 102. & Merollam nu.535.l.c.

Occultæ delinquentes his pœnis irretiri, vera sententia est. vide Merollam nu. 536.l.1. Ante Iudicis sententiam, hanc legem violantes, recensitis afficiuntur pœnis; nam ipso facto ligant. An locum habeat in Prælatis Regularibus pœna priuationis officiorum, & ministeriorum ante sententiam iudicis; non est vna omnium sententia. affirmat Merolla num.534. negat Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1.c.7.n.10. & Sanchez nu. 99.l.c. de qua re alibi.

a *sess.*25.*cap.*5.*de Reg. Non est reseruata hęc excommunicatio.* b *M. P. Dubijs.* c *De his pœnis, Sanchez l.c.à n. Merolla l.c. coroll.* 11. *diff.*11.*Bonac.l.c.q.*4.*P.V.nu.*11.

An in recensitas pœnas incidant Episcopi aut alij monialium Superiores, qui soli (in casu tamen necessario) ingrediuntur, vel cum comitibus, nec senioribus, nec religiosis.

IN his, pœnas indictas locum non habere, si soli, (sed ex iusta causa) vel cum comitibus, qui præscriptis à Pontifice conditionibus carent, ingrediuntur, certum est; quia Pontifex pœnas infligens, de Prælatis tantum loquitur, extra casus necessarios introeuntibus. Idem sensere Merolla nu. 532. & Bonacina nu.12. l. c. Peccant tamen grauiter legem magnifaciendam infringentes, nisi repentinus necessitatis casus accidat, in quo nullum comitem habere possint.

An licentia ingrediendi Monialium cœnobia sine scriptis data, sit satis, vt homo licitè ingrediantur.

SYnodus Tridentina, sess. 25. c. 5. de Regul. licentiam in scriptis requirit, vt licitus sit ingressus, & vitetur excommunicatio; vt melior, & certa sententia existimat. Concilium Prou. Mediolanen. 6. cap. *Quæ ad Moniales, &c.* ingredientem sine scripta licentia, in excommunicationem incidere, affirmat. Audi verba: *Nequis absque eiusdē Episcopi facultate scripta intra septa monasterij monialium in posterum ingredi audeat. Si quis contra fecerit, excommunicationis pœnam ipso facto subeat, ex Concilio Tridentino Apostolicarumque sanctionum, quas Summi Pontifices Pius V. & Greg. XIII. eo nomine ediderunt, præscripto.* Suarez t. 4. de Relig. l. 1. c. 10. nu. 15. in fine, circumstantiam, *in scriptis*, ad vitandam excommunicationem, & peccatum, necessariam putat. consentit Sanchez t. 1. Oper. Mor. l. 6. c. 16. n. 31. Naldus in Sūma, v. Clausum nu 12. Bonac. q. 4. p. 3. de Clausura, Homob. meritò refellens; his adde Merollam. l. c. correl. 10. diff. 6. n 491. Miranda q. 2. concl. 2. de Monialibus, censuit, licentiam dandam in scriptis in casibus extraordinarijs, non autem in ordinarijs, qualis est ingressus medicorum, chirurgorum, & similium; at displicet hæc distinctio: quia Synodus Tridentina nō est vsa: neque eam agnouit S. Carolus in Conc. vi. Prouinciali. Vrbanus IV. in Regula data Monialibus S. Claræ, multis ante Conc. Trid. annis, dixit, *Super concessione vero, & licentia ingressus huiusmodi, ad omnem ambiguum remouendum, Apostolici apices, vel Cardinalis* (Protectoris) *patentes literæ ostēdantur.* Obligat, aut Concilij lex etiam in foro interiori: nam loquitur absolutè; & lethali inciditur labe, qui licentiam in scriptis non adeptus, ingreditur intra Monialium septa, & fit excommunicatus.

Licentia in scriptis, ac ingrediendum debet esse specialis; *nisi specialis licentia*, dixit Bonifacius VIII. c. vnico, de stat. Reg. l. 6. Facultates ab Episcopo alicui concessa ad actus quoscunque, ad quos facultatem tribuere potest, non sufficere; quia non esset specialis. Licentia tributa ad ingrediendum quodlibet monasterium, specialis est, quoad ingressum in monasteria, & satis est; licet sit generalis quoad monasteria. Licentia generalis, vt Cōfessor quilibet approbatus, medicus, chirurgusue introire possit, robur habet: quia specialis est, quoad ingressum. Sanchez lib. 6. c. 16. nu. 28. l. c. Merolla, Bonacina l. c.

Scriptam licentiam Concilium postulat; vt eas daturus maturum præmittat consilium, ne decipiatur, & ad omnem, ni fallor, ambiguitatem adimendam.

Si periculum sit in mora, in repentinis necessitatibus, si scripta licentia sit expectanda, scripta necessaria non est. Sanchez n. 34. l. c.

Facultatem, ad dandam licentiam ingrediendi scriptam esse, par est; at non necessariam. Sanchez c. 16. nu. 38. Merolla nu. 493. l. c. trad. Rod. & Grat.

a *to. 1. Bullarij c. 18.* b *Sanch. l. c. & nu. 72. Suar. l. c. Merolla n. 491. Bonac. l. c.*

An sit excommunicatus, qui extra casum necessarium, licentiam ingrediendi assecutus, intra septa Monialium se confert.

CErtum est, excommunicatione eum percelli, si iusta causa carens, licentiam per fraudem adeptus, ingrediatur; nam licentia per dolum extorta, licentia non est; error concessionem inuoluntariam reddit. certum prætereà existimo, eum non vinciri excommunicatione, qui bona fide, causam Episcopo perpendendam proposuit, & hic eam iustam existimauit; (licet iusta non esset) & licentiam dedit. nam lethali piaculo se non obstrinxit, cum putans, iustam esse licentiam, ex causaq. iusta, ea data, ingressus est.

Quid si Episcopus, aliusque Superior aut horitate abutens sua, sine casu necessario facultatem alicui faciat ingrediendi; & hic agnoscat authoritatis abusum?

HVnc excommunicatione obstringi, existimo; nam Synodus Tridētina dicens, *absque Superioris licentia*, necessarium casū satis expressit; propugnatores huius sententiæ habes Suarez cap. 9. n. 14. Sanchez n. 73. l. c. Merollam diffic. 7. nu. 505. l. c. Si hunc eximas à non reseruata Conc. Trid. excommunicatione, à reseruata Greg. XIII. nō eximes.

Dum data fuit licentia, aderat casus necessarius; sed tempore ingressus defierat, qui sic ingressus est percelliturne excōmunicatione?

Affirmandum, censeo cum Suarez de Cēsuris disp. 22. sect. 6. n. 14. cum Sanchez nu. 90. & Merolla n. 507. l. c. Nam is extra necessitatem intra septa edijt, & sublata dispensationis causa, dispensatio locum non habet.

a *tom. 5. in p. 3. S. Tho.*

Quid dicendum, si licentia iniustè extra casum necessarium data sit, & casus necessarius ante ingressum accidat?

CONcessio licentiæ fuit irrita, & sine robore; quia deerat necessarius casus: iusta causa adueniens licentiam validam non a reddit. *Quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualescit.* Qui sic ingrederetur, Concilij Tridentini excommunicationem non effugeret; vide Suar. n. 14. Sanchez n. 90. Merollam num. 508. l. c.

a *de reg. iur. lib. 6.*

An ingressus cœnobium Sanctimonialium in casu necessario, scripta Superioris licentia munitus, teneatur, negotio peracto statim egredi.

AMplector sententiam affirmantem; nam licentia, negotio, pro quo data fuit cõfecto, extinguitur, expirat. Hoc autem moraliter debet intelligi: si quis enim exiguo temporis spatio (vt quarta horæ parte) ibi moretur, officinas lustrans, non videtur clausuræ legem violare. Sanchez cap. 16. n. 69. Merolla diff. 7. n. 496. l. c. Diana, P. 3 tra. 2. Resol. 51.

Quid si corrupta mente moretur in monasterio diutius, qui licentiam ex iusta causa adeptus, ingressus est, infringente clausuræ legem, afficietur excommunicatione?

AFfirmat Collector priuilegiorum Mendicantium, dicens, hunc censuris obstringi. Placebit nonnullis sententia Sanchez negantis, hominem, ratione mentis corruptę peccantẽ, legem clausuræ infringere, & anathemate irretiri: nam ex iusta causa licentiam ingressus assecutus, intrauit; excommunicatio autem contra ingrediẽtes sine licentia lata est: à qua hunc hominem Sanchez eximeret, etiamsi cum aliqua Moniali turpia b patrasset. Naldus tamen excommunicatione ligari, putat, qui, absoluto negotio, è cęnobio non egrediatur. Merollę hæc sententia visa est probabilior: quia ille sine licentia intra septa moratur; quoniam vero corrupta est eius mens, clausuram ad malum finem eum violasse arbitratur; &, ex Clementis VIII. decreto, à Religiosis, qui ex priuilegio, à casibus Summo Pontifici reseruatis possunt absoluere, ab excommunicatione, qua obstringitur, solui, non posse. Quæ opinio non infirmo innixa fundamento, vtinam impudicos homines à sacrilegio auocet execrando. Quidam Superior ex causa parui incẽdij, aderat intra claustra Monialium; eo extincto egressisque quos ille ad id vocauerat intra ea manens, sacram virginem inuitam, & reluctantem, verbis, & osculis insultabat ad stuprum; hunc tu, si ex priuilegio, à Pontificijs casibus absoluere posses, absoluere auderes.

a *n. 69. l. c.* b *In sũ. v. clausura n. 11. n. 498. l. c.*

An qui ex ignorantia, vel bona fide, sine licentia, ingressus est monasterium Monialium; si aduertat, id non licuisse, & non exeat, lethalem culpam, & excommunicationem contrahet?

COntrahet vtramque, si Merollam audias, quia nulla munitus licentia, id agit contra legem clausuræ. Idem docebit Naldus l. c. valde probabili sententia.

a *Diff. 7. num. 499 l. c.*

De licentia ad ingressum mulierum sæcularium in Sanctimonialium cœnobia, ad moram in ijs trahendam. a

An puellis, sæcularibus educationis gratia concedi posset facultas ingrediendi, & manendi intra septa Monialium.

QVamuis casus, ratione monasterij, necessarius non videatur; potest tamen hæc illis licentia tribui: quod vsu receptum a scimus Congregatio Eminentissimorũ Cardinalium non semel declarauit, hoc à Synodo Tridentina non esse vetitum: nonnullæ tamen requiruntur conditiones quas ex declarationibus Congreg. referunt Emanuel in qq. Regul. q. 46. ar. 10. Suar. n. 21. l. c.

Vt nullas secum ducant, vel habeant ancillas; vt nequeant egredi nisi non rediturę; vt lege clausuræ teneantur (vt Moniales;) vt vestes induant modestiæ virginali consentaneas; vt vltra annum ętatis 25. ibi morari nõ permittantur; vt facultates, aut parentes habeant, à quibus vel in coniugio, vel in monasterio dotari possint; vt viduæ non comprehendantur, nisi velint statum amplecti religiosum; vt mulieres, quæ petunt ingresũ inhonestam vitam non vixerint: præcipuè si monasterium huiusmodi fœminas admittere non soleat; nec hoc monasterij instituto, aut

consuetudini aduersetur, vt Abbatissa, & Moniales ingressum consentiant.

Miranda, q.2.de Monialib.ar.6.ingressum puellarum intra septa Monialium, vt rectè educentur, inter casus necessarios Concilij Tridentini recenset: nonnullasque conditiones enumerat; idem sentire videtur Sanchez t.2. Op.Mor.lib.6.c.16.n. 61. & septem refert conditiones 1. si institutum religionis, aut aliud non aduersetur.2.si monasterium puellas recipere cõsueuerit. 3. si adsit licentia scripta Superioris & cõsensus Abbatissæ,& Monialium. 4. vt sine ancillis in monasterio degant. 5. vt nequeat egredi reuersuræ (nisi id faciant ad morbum pellendum) 6. vt vestibus vtantur, modestiæ virginali consentaneis 7. Ne vltra annum 25.ætatis degant intra septa.

a *sess.25.cap.5.de Reg.* b *V.Em.sup.v.Monasterium,num.7.*

An viduis hac licentia danda, si bonæ famæ sint.

CONgregatio Eminentissimorum Cardinaliũ videtur negare,nisi illę inter Moniales recipi velint; rationẽ affert, ijs verbis. *In istis nulla adest causa necessaria*; recensetur à Suarez.Qui tamen n.22.ex Declarationibus Congreg. Cardinalium colligit, casum necessarium, de quo Synodus Tridentina ad necessitatem monasterij, & Monialium non restringi; sed reuocari etiã ad graues necessitates (siue spirituales, siue corporales illæ sint) mulierum;quibus ingressus in monasterium,& habitatio, sine incommodo,aut violatione regulæ monasterij, possit consulere. Romæ nobilem viduam sæcularem, degentẽ agnoui in S. Susannæ cœnobio. De viduis loquitur Azor. Manuel. & alij:Sanchez præcipuè num. 64. l.c.Manuel narrat, declarasse Cardinales, receptas tolerandas, si scriptæ conditiones seruentur; in posterum non admittendas.Sanchez narrat, declaratũ à Cardinalibus, non posse Episcopum ingressus licentiã dare viduæ,cupienti in monasterio, in sæculari veste, vsque ad mortẽ Deo seruire.

An danda hac licentia mulieribus matrimonij nexu iunctis;cum viri exulant, vel, alia ex causa, absunt; vel ob discordiam inter eas,& viros.

SI earum necessitates spirituales, aut corporales sint graues; ijs etiã ingressus cõcedi potest, per principium ex Suarez allatum, & ab eo ex Declarationibus collectum (Concilium Tridentinum admittit ingressum in casibus necessarijs: & mulieres matrimonij nexu copulatas non excipit) modo absit incommodum monasterij, spirituale, præcipuè,& euidens regulæ, & corruptionis morum periculum. De nuptis etiam Sanch. l.c.Refert Manuel,Cardinales declarasse,nuptam timore viri,suspicantis, fractam ab ea, adulterio, coniugij fidem, ad cœnobium se recipientem posse recipi:refert idem,& Suarez ex eo l.c. eosdem Cardinales declarasse, nuptas sæuitiam virorum metuentes, non posse recipi,receptas tamen, indicatis conditionibus seruatis, retineri posse. Nauar.lib.4. consil.5.in 1. edit. scriptum reliquit; vertente lite inter virum,& vxorem,ob illius sæuitiam hanc intra Monialium claustra recipi posse, donec lis absoluatur. vide Sanch.l.c.

An puellæ religiosum statum cupienti, ingressus intra septa Monialium, vt per dies aliquot ante habitus susceptionem ibi moretur, sit concedendus.

NEgat Suarez,l.c. n.22.quia casus necessitate caret.Habitu suscepto adest probationis tempus; per annum integrum, probant, & probantur, quæ volunt in Religione Deo seruire: eo elapso possunt domum redire, vel tria solemnia vota, si consentiunt Superior, & Moniales, nuncupare duplex probatio non requiritur. Verũ Romæ in S. Vrbani cœnobio, & alibi, puellæ ante habitus susceptionem, nonnullis mensibus degunt.

An multis Monialibus vnius cœnobio eodem tempore ægrotantibus, possit Episcopus tot fœminis sæcularibus ingressum in Monasterium permittere, quot ad seruitia necessaria, ijs, præstanda, sunt necessaria, egressuris, necessitate transacta.

HOc factum aliquando in Vrbe Venetæ ditionis agnoui:& laudatus fuit Episcopus, paucæ Moniales valebant,ex ijs nonnullæ confectæ senectute,aliæ choro addictæ, in templo diuinas laudes celebrabant, aliaque necessaria monasterij munera obibant: casus erat apertè necessarius. Suarez rectè docet, vrgente necessitate, ancillis sæcularibus,licẽtiam ingrediendi Monialium Monasteria,& in

in ijs habitandi dari posse; ea tamen conditione, vt intra septa se cōtineant, (vt Moniales) & semel egresse non redeant amplius. Synodus Tridentina ingressum concedit, dum vrget necessitas moram in monasterijs Monialium honestis fœminis, neque tacitè, neq.
a expressè, vetat, si eam postulet necessitas. Sanchez quoque num. 66. l.c. certum putat, licere pro totius Monasterij obsequio, ancillas sæculares habere, id postulante necessitate: vt desint conuersæ professę: Non discrepat Manuel tom. 2. qq. Regul. q. 46. art. 7. in Monasterijs S. Claræ, alijsque strictioris clausuræ, famulabus sæcularibus locum non esse, ait; nisi conuersis, quæ vilibus ministerijs dent operam, ea Monasteria careant. Vide Sanchez nu. 65. l.c. Miranda in Monasterijs
b S. Claræ, & conceptionis id, sine licentia Sedis Apostolicæ, licere negat.

a *to. 4. de Relig. lib. 1. de obligat. rel. l. 1. c. 10 n. 18. 16.* b *Q. 2. de mo. art. 9. conclus. 2.*

An Episcopus licentiam ingrediendi, & habitandi intra Monialium septa, sæculari fœminæ, vt vni moniali seruiat dare possit.

PRo communi monasterij necessitate, hanc facultatem concedi posse sæculari famulę ab Episcopo, certum videtur: pro peculiari vnius Monialis seruitio concedi posse, negat optimè Suarez. hoc ex declarationibus Eminentissimorum Cardinalium colligit: & ex
a Synodo Tridentina colligi posse, dicit: ex illa, danda est licentia ingrediendi in casibus necessarijs; at non est casus necessarius, vt peculiaris Monialis peculiarem ancillam habeat; sed esset contra Religiosi decoris bonum, & Monasterio non exiguum damnū, & perturbationem afferre posset: vna duce, aliæ singulæ singulas ancillas cuperent, facile, ac peterent. Communes famulæ, siue adiutrices singularum Monialiū necessitatibus satisfacere possunt. Si Monialis aliqua vnius famulę ministerio egeat, ad Abbatissam, seu Priorissam spectabit, vnam ex seruitricibus communibus, siue religiosis, siue secularibus ad ei ministrandum attribuere: quod si earum numerus non sit satis, augendus erit: dum conuersæ, aliæve iuniores Moniales nō sufficiāt.
b Lud. Miranda, q. 2. de Monial. art. 9. concl. 1. Moniali illustri genere, in Monasterijs tertij Ordinis, aut Militiarū, famulam sæcularem, parentum eius opibus nutriendam, concedi posse, probabile putat; dum legem clausuræ sit seruatura: probat testimonio Nauarri in c. Statuimus, de Regul. addit Mirāda, Si Moniales omnes alicuius cęnobij choro addictę, c claritudine sanguinis essent insignes, singulis, fortasse, famulæ singulæ concedi possent. Sāch. n. 66. l. c. pro priuatę Monialis seruitio, nullus in monasterio sæcularem ancillā facile admitteret; nisi specialis ratio insignis nobilitatis Monialis, aut valetudinis ęgrotātis, aut nimiæ senectutis intercederet, & huiusmodi necessitati monasterij famulæ, aut conuersæ consulere, non possent.

a *nu. 20. l. c.* b *V. Suarez l. c. nu. 66.*

De præcepto Pontificio, ne Moniales viros, aut mulieres, quibus ingressus non est concessus, intra septa admittant.

GRegorius XIII. M. P. *Vbi gratia*, editō anno 1575. Idibus Iunij, cum licentias ingrediendi Monialium claustra à Summis Pontificibus, aut Legatis Apostolicis, alijsve concessas Comitissis, Ducissis, alijsue mulieribus, & viris quibuscunque, aboleuisset: sub pæna excommunicationis eo ipso incurrenda, sibi, & successoribus, extra articulū mortis reseruata; ne prætextu facultatum, ingredi audeant, præcipit; & Abbatissis, Abbatibus, Conuentibus, & alijs cœnobiorum vtriusque sexus Superioribus, personisque quocūque nomine vocatis, iniunxit sub eadem pæna, alijsq. priuationis dignitatum, beneficiorum &c. Inhabilitatis ad illa, & ad alia in posterū obtinenda, ne quocunque talium licentiarum prætextu, in sua monasteria, domos, & loca ingredi faciant, aut permittant. Deinde sub ijsdē pænis ipso facto incurrendis, personis quibuscunque Ecclesiasticis, sæcularibus, regularibus prohibet, ne prætextu licentiarum ab Episcopo, vel Superioribus, qui, ex decreto Concilij Tridentini, ingressum in septa Monialium in casibus necessarijs cōcedere possunt, tributarum, pro libito; sed vrgentibus tantum necessitatibus, cœnobium Monialium ingrediantur: neue Moniales illas aliter admittere præsumant. In priori parte, Abbatissæ, (vt de Abbatibus, alijsque modo sileam) etiamsi non præsumant, dum ingredi faciunt, aut permittunt, puniuntur anathemate, &c. In secunda parte Moniales prę sumentes, admittere eos, quos recensui: eadem censura, alijsque plectuntur pęnis.

Paulus V. M.P. *Monialium ſtatui*, ann. 1612. reuocauit licentias adeundi intra ſepta Monialium, cum his conuerſandi, & cibum ſumendi mulieribus cuiuſcunq; ſtatus, gradus, &c. cōceſſas, Abbatiſſiſque, Prioriſſis, & alijs Monaſteriorum Superioribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pæna, priuationiſq; officiorum, &c. inhabilitatis, ipſo facto, ſine vlla declaratione, incurrendis pœnis, interdixit, ne eas introducere, ſeu admittere, vel admiſſas quoquo modo retinere audeant, ſeu præſumant. Loquitur de mulieribus, quæ prætextu licentiarum ingredi voluiſſent; & Greg. XIII. videtur imitatus, & anno 1608. conſtit. *Facultatum*, legem ediderat contra mulieres cuiuſcunque ſtatus, &c. licentijs ingrediendi Monialium cœnobia aduertentes. Vrbanus VIII. anno 1624. conſtit. 29. *Sacroſanctum Apoſtolatus miniſterium* &c. Monialium conſenſum, ſine quo mulieres ſæculares vti nequeunt, licentijs ingrediendi earum cœnobia, expreſsè, capituli more, per ſecreta ſuffragia exprimendum eſſe, declarauit.

a *tom. 3. Bullar. conſtit: 74. alias 47.* b *tom. 3. Bullar. pag. 243.* c *tom. 4. Bullar.*

An Moniales admittere præſumentes intra clauſtra volentem ingredi, ſine prætextu facultatum, comprehendantur à Greg. XIII. lege.

SVarez tom. 5. in p. 3. diſp. 22. ſect. 7. à nu. 11. Sanchez tom. 2. Op. Mor. lib. 6. cap. 16. nu. 79. Manuel. tom. 1. qq. Regul. q. 47. art. 1. & q. 48. art. 2. Miranda q. 2. de Monial. art. 10. concluſ. 1. & alij nonnulli, eas in propoſita quæſtione, non comprehendi è Gregorij lege, docent, quia Gregorius loquitur de ingredientibus prætextu facultatum: ac de Monialibus præſumentibus admittere eodem prætextu ingredientes. At alij probabiliter, & tutius, exiſtimant, Gregorianam legē extendi etiam ad Moniales præſumentes admittere, etiam ſine facultatum prętextu, introeuntes. In hac ſententia ſunt Io. Azor. to. 1. Inſtit. Mor. lib. 13. cap. 6. in fine, & ante eum, Na-
a uarrus in c. *Statuimus*, Stephanus Quarāta, in Summa Bullarij v. Monaſteria Monialiū, poſt M. P. Gregorij XIII. *Vbi gratiæ*, Filliucius cap. 8. nu 170. tract. 29. hanc ſententiam ſtylo, & praxi Maioris Pœnitentiariæ confirmatā, dixit; & Bonacina, qu. 4. P. V. Clauſura: nu. 4. tutius eſſe in praxi eam amplecti, Merolla tom. 1. Diſp. Theol. Moralis, diſp. 1 c. 2. coroll. 10. nu. 440. diff. 8. num. 509. Villagut. tract. de extenſ. legis, Comitolus lib. 6. q. 47. Reſp. Mor. Beia p. 1. caſu 30. (affirmans, hoc in Italia vniuerſa in praxi ſeruari.) Homobonus in Exam. Eccl. p. 1. tract. 5. c. 9. q. 60. Coriolanus l. de Caſibus reſeru. p. 2. caſu 3. Riccius to. 1. Prax. Reſol. 544. Cathecheſis. Neap. lib. 3. c. 12. fauet Naldus v. Clauſura n. 9. Probat hanc ſententiam, Romanæ Curiæ, & Supremæ Pœnitentiæ ſtylus, (apud Italos præcipuè vſu recepta eſt; vt nonnulli Doctores teſtantur: & illa ratio. Lex pœnalis, ex rationis identitate, ad caſum ſub verbis legis non contētum, & quoad obligationem, & quoad pęnam, extenditur, ex Suarez li. 6. de legibus, cap. 4. num. 2. & ratio allata à Gregor. XIII. b
militat etiam, vbi quis ingreditur, & Moniales præſumunt admittere ingredientem, ſine licentia, & ſine prætextu conceſſæ facultatis ad ingrediendum. Clementem VIII. hanc extenſionem approbaſſe, opinatur Merolla. Is enim, à caſibus Romano Pōtifici reſerua- c
tis, à quibus Religioſos abſoluere poſſe, voluit, excommunicationes in Bulla Cęnæ reſeruatas; & alias paucas excipit; ex quibus vna eſt excommunicatio ob clauſuram Monialium ad malum finem violatam; ſupponens, eam excommunicationem reſeruatam eſſe. Quæ extat in Synodo Tridentina, non d
eſt reſeruata, ſed quæ in Gregoriana lege; ergo de hac loquitur; cenſetque, ab ea comprehendi etiam ingredientes, ſine prætextu facultatum; & tu idem dices de Monialibus, ſine eodem prætextu; admittere, præſumentibus. Decretum Sacræ Congregationis, ex Clementis VIII. iuſſu, refertur à Stephano e
Quaranta in Summa Bullarij, & à Naldo in Summa v. Caſus reſeruatus, poſt n. 5. De qua re in Additamentis ad Inſtruct. Sacr. Cardinalis Tolet. lib. 3. c. 14. & Merolla, corollario 11. nu. 337. l. c.

a *in Man. c. 27. nu. 250. tom. 2.* b *M. P. Vbi gratiæ.* c *num. 449. loc. cit.* d *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul.* e *v. Caſus reſeruatis.*

An cum Abbatiſſis, aliæ eiuſdem monaſterij Sanctimoniales locum habeant, in primo caſu Conſtitutionis Gregorij XIII. Vbi gratiæ.

NEgat Diana p. 2. Reſol. Moral. tractat. 16. reſol. 33. Affirmant alij probabilius

ni du-

ni ducor errore. Antequam respondeam: duo in Diana animaduerto, in re proposita menda; (typographi forsitan) alterum in titulo quæstionis, dum dicit, *prætextu licentiarum*; addendum .n. fuerat, *à Romano Pontifice, vel Legato Apostolico, &c.* vt constat, ex motu proprio Gregoriano: nam, & Moniales, in secundo casu admittere præsumentes, prætextu licentiarum, excommunicatione ligantur, sed licētiarū ab Episcopo, vel ab alio Superiore Monasterij, secundum decretū Cōc. Tridentini; non autem à Pontifice Maximo, aut à Legato Pontificio, &c. Vnum habes in Diana, non vtrumque. Alterum mendum est in verbo, *Conuentualibus*, cum dicit *Abbatibus, Conuentualibus*. Verba Gregorij sunt. *Abbatibus, Conuentibus, & alijs monasteriorum vtriusque sexus Superioribus, quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus, &c.* Manuel to. 1. qq. Regul. q. 47. ar. 3. non intelligit (nomine Conuentus) Religiosos omnes vtriusq. sexus collegialiter in vnum coactos, seu redactos, aliquem intra claustra admittendum, decernentes, contra Pontificis mentem; sed maiores: at melius Sanchez, n. 87. l. c. intelligit Regulares omnes vtriusque sexus collegialiter in vnum redactos Capitulum; qui suffragium præstando, vt alicui personæ, contra voluntatem Pontificis, ingressus in Monialium monasteria concedatur, vel non resistendo, cum possent, deliquerunt. Idem docet Bonacina, q. 4. de Clausura. P. VI. Posit. 1. quem quis hallucinatum dicet; cum ibi Sanchez, pro sententia Manuelis, recēsuit. Quare contra primam sentētiam, non solum Abbatissa, sed Moniales etiam in vnum coactæ, in concessione ingressus delinquentes, prętextu saltem licentiarum, ante Gregorianam legem, à Romano aliquo Pontifice, aut à Legato Apostolico, ab alijs ve concessarum, ab eadem Gregorij lege comprehensę sunt. Generico *personæ* nomine, quod etiam Moniales complectitur, vsus est Pontifex. Verbo *Conuentualibus*, Dianā deceptū, affirmare, non ausim; culpam in typographum aliquis reijciet. Vrbanus IV. Abbatissæ, & Monialium consensum requirebat, (ad quem etiam illas non obligabat) vt quis ingrediendi licentiā adeptus, ingredi posset. Et Vrbanus VIII. anno 1624 docet, mulieres adeptas licentiam b à Summis Pontificibus introeundi, Sanctimonialium monasteria, introire non posse, sine expresso Monialium, earumque Superiorum cōsensu; hunc autem ab eisdem Monialibus capitulariter, & per secreta suffragia præstandum; & alias licentiam vim non habere, decreuit.

a *tom. 1. Bullar. c. 18. Regula* b *tom. 4. Bullar. c. 29. Sacrosanctum.*

Quid sit ingredi facere, vel permittere, & præsumere admittere.

GRegor. XIII. M. P. *Vbi gratia*, Abbates; Abbatissas, Conuentus, &c. qui personas, quibus non licet ingredi Monasteria Monialium, prętextu facultatum recensitatum, *ingredi faciunt, aut permittunt*, pœnis indicatis punit.

Ingredi facere, est, positiua actione in causa esse, vt quis intra septa Monialium adeat; vt qui iubet ingressum, qui ianuā ingressuro aperit; qui introducit. *Permittere* ingredi, est actione negatiua in causa esse, vt aliquis ingressu clausuram violet, vt cum qui, vel quæ tenetur ex officio prohibere, aut impedire ingressum, & non prohibet, neq. impedit, cum vtrunque commode facere potest. De hac re Sanchez, nu. 87. & Bonacina P. VI. nu. 15. l. c.

Præsumptio indicat scientiam, & dolum, Car. in Clem. 1. q. 38. de priuileg. Nauarrus in Manual. c. 27. nu. 155. & Comment. 14. de regul. Not. 7. nu. 62. Merolla disp. 1. c. 2. dub. 16. num. 232. Præsumere facere dicitur de eo, qui sciens, & prudens aliquid facit, quod non est faciendum; rectè dictum Sanchez, num. 69. l. c. verba *admittere præsumant*, ausum temerarium, & præsumptionem exposcere.

a *to. 1. Disp. Theol. Mor.*

Bona fides, & ignorantia excusat à pœnis inflictis contra præsumentes admittere.

BOna fides excusat; quia caret dolo, præsumptione, ausu temerario. Virgo pauper, ne à viro diuite, & impudico raperetur, intra sacrarum Virginum septa, virginitatis propugnaculum à se existimata, bona fide adijt; à Sanctimonialibus bonę fide fuit excepta; putabant enim Deo placere, virginem humana destitutam ope, summum amittendæ virginitatis periculum adeuntem, in tuta arce cu stodiri, & de licentia, ob imminens periculum, non cogitarunt; Non virginem fugientem, non Moniales eam excipiente, in foro poli, excommunicatione irretitas dices.

Ignorantia, etiam crassa, præsumptionem exclu-

excludit; nisi (dicet Sanchez nu.96.l.c. & li.9. de Mat.D.32.nu.38.) tam crassa sit, vt temeritas merito appellanda censeatur. De ignorantia crassa idem censet Merolla; at Sãchez limitationem reijcit; putat enim ignorantiam maiorem crassâ esse effectatam quæ directè est voluntaria, & non excusat. Is crassa laborat ignorantia, qui nullam, vel valde paruam diligentiam adhibet, vt sciat, quod scire tenetur. Moniales ex aliqua inconsiderantia, oblitione, aut parua negligentia admittentes, quem non poterant ex officio admittere, non afficiuntur excommunicatione; quia non præsumpserunt admittere. vide Sanchez nu.96.l.c.

a tom.2.Op.Mor.lib.6.c.16.

An Moniales omnes, ad admittendum aliquem, cui ingredi fas non est, intra septa cooperantes, ligentur excommunicatione.

SVarez to.5.in p.3. D.Thom. disp.22. sect. 6.num.14. (probatur Sanchez n.93. l.c.) docet, directam, vel indirectam cooperationem ad ingressum requiri: quare Monialis neque directè, neq; indirectè ingressui cooperãs, erit notata anathemate, si eius munus non sit impedire volentem ingredi; sc. non obstet, etiamsi possit: neque directè, neq. indirectè cooperari putatur. At Moniales, ad quas spectat ex officio (vt præfectæ monasteriorum, & illæ, quibus ianuæ custodia credita est) impedire, & non admittere, qui ingredi nequeunt, cooperantur indirectè ingressui, si non obstent si possint, ac proinde in pœnam incidunt.

De Monialibus ingressum in Monasteria præcipientibus, aut de eo consilium dantibus.

MOniales ingressum alicui præcipientes, aut de illo cõsilium dantes, si is ingrediatur, subijciuntur pœnis indicatis: quia id fuit directè ad ingressum vetitum cooperari. Quid si priuatæ Moniales præcipiant, suadeantve alijs Monialibus admissionẽ in cænobia? Eas excommunicatione non vinciri putat Sanchez: non enim præsumunt admittere, neque directè, aut indirectè admittunt: & excommunicatio lata in admittentes, non complectitur præcipientes, aut suadentes admissionem. Præfectæ verè monasteriorum, aliæq. Moniales, quæ ex officio tenentur impedire, ne quis illicitè ingrediatur, si præcepto, aut consilio sint causa ingressus, censuram non effugiunt: nam directè cooperantur ad ingressum, vt indirectè, dum non impediunt, cum possunt. Sanchez, nu.94.l.c. ex Manuele, & Sorbo, idem Bonacina q.4. p.6. de clausura.

An Moniales hominem illicitè septa ingressum alloquentes, aut comitantes pœnis superius expressis afficiantur.

AFfirmat Bonacina nu.27. loc.cit. At negat Sanchez, si de priuata Moniali sit sermo: nam neque colloquio, neque comitatu fuit causa ingressus: neque ad eam spectat ex officio, hominem ingressum è monasterio eijcere. Sed si loquatur de Moniali, quæ ingressum debet impedire ex officio, non incidit in pœnam, quia alloquitur, vel comitatur, sed quia non obstat; si tamen possit obstare. Vide Sanchez l.c.

De Ingressu Confessoris Monialium.

Confessori Monialium, licentia in scriptis munito, quando licet intra septa earum adire?

QVando Sacramenta Pœnitẽtiæ, Eucharistiæ, Vnctionis extremæ Moniali ægrotãti ministraturus, est; & hoc munus, sine ingressu nequit obire. Quando, ex instituto Ecclesiæ, anima monialis morti proximæ Deo est commendanda. Si, his peractis egrediatur, ea adhuc in longiori agone luctante, potest vocatus adhuc redire intra septa; vt eam salutaribus verbis, ad bene moriendum, iuuet, scrupulosque, si qui exoriantur, sedare possit. Quod, post Llamas rectè docuit Sãch. nu.48. l. c.

An confessor sæpius ingredi possit Monialium claustra; vt eidem Moniali morbo correptæ Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Vnctionis extremæ exibeat.

LOquar prius de Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramẽtis; deinde de extrema Vnctione. Initio morbi ingredi põt vt confessionem

rem excipiat.Innoc.III. Medicis præcipit, vt
b vocati ad ægrotos,moneant eos , inducantq. ante omnia, vt animarũ medicos aduocent: & Pius V.iisdem iniunxit , vt ante omnia ægrotos monere velint , vt idoneo Confessori peccata omnia,secundum S. R. E. ritum, explicent; scelera enim aliquando sunt morborum fontes, Sanchez dicit, præceptum à Pio V.medicis, vt etiam Eucharistiæ susceptionẽ ægrotis suadeant: verum de Diuino hoc Sacramento nullum verbum Pius; pro certo tamen habeo,posse Confessorem,initio morbi, ingredi,ægrotæ Moniali petenti Diuinum Christis Corporis epulum,præbiturum:quod Sanchez concedet.Rituale Romanum, Pauli V.iussu conscriptum, & cusum, Parocho , licere,ait,ministrare Eucharistiam ægris,etiãsi grauiter non ægrotent: quod sæcularibus cõceditur,religiosis virginibus negandum erit?
c Vbi adest vitæ periculum ex morbo,sine dubio, Confessor ingredi potest , Eucharistiam ministraturus.Probabilis sententia est, debere hominem iure diuino, in articulo mortis, hoc Sacramentum suscipere; delinqueretque minister ex officio,dum nollet præbere;viget autem obligatio,quoties mortis articulus,seu periculum redit. Præterea,quoties ex regulæ præscripto,aut monasterij consuetudine , fas est Moniali bene valenti , indicatis Sacramẽtis sibi consulere , licebit etiam ægræ; & ingressus in cænobium Confessori non erit vetitus; neque quando ægra indiguerit Pœnitentię Sacramento , aut in animi sui solatium eo vti voluerit; & Eucharistia, quoties , ante morbum,se se illa solebat reficere: videtur enim moralis necessitas:& ratio suadet , agræ id non esse negandum , quod sanæ concedebatur. Huius sententiæ , quam veram existimo,etiam Sanch.magistrum habebis . Quoties ministranda est Vnctio , Extrema, toties ingredi potest Confessarius.

Quidam putant, Confessarium, vbi ægrotantem Monialẽ Extrema Vnctione liniuit, & præscriptis in Rituali Romano precibus Deo commendauit,egredi debere: & vt morientem videat,redire non posse: nisi illa animam cõfessione velit expiare: at hæc opinio quamplurimis Monialibus , quæ Confessorẽ exoptant adesse, dũ sunt in extrema lucta , & expirant,summopere displicu t. Mirãda, Vr-
d banum IV.Cõfessoribus Monialium S.Claræ concessisse,scribit,ingredienti septa facultatem , cum Monialis aliqua spiritum est emissura.Gauantus in Manuali Episcoporum, v.Monialium Clausura,n. 43. scribit. *Administrata Extrema Vnctione , relinquantur alias Monialibus ad bene moriendum,et exeat Confessarius Congr. Ep. 13.Septemb.1583.* At hoc non est vsu receptum.

a *c. cum infirmitas,de pœnit.& remiss.* b *t.2. Bull.constit.3.Supra gregem,&c. n.*43. c *Suarez,to.3.in p.2.Disp.69. sect.* 3. d *q.2. de Monial.art.*17.

An Confessor , ad exequias Monialis è viuis egressa celebrandas, intra septa cænobij adire possit.

SI in templo extra cęnobium , humandum sit Monialis cadauer,ingredi non potest, quia abest moralis necessitas;at si in æde, aut cęmeterio interiori sepelliendum sit,consuetudo,& Superioris concessio est inspicienda . In nonnulla S.Claræ monasteria , in quibus extincta Monialiũ corpora sepulchrum habent , Confessor exequias obiturus ingreditur;nõ tamen in omnia. Monasterium S. Siluestri in Campo Martio Vrbis, Sãctimoniales secundam S. Clarę regulam sectantes incolunt;in hoc Cõfessor munus hoc obiturus, non intrat,sed ad Fenestellam , ad quam Moniales Angelorum Panem suscepturę accedunt,preces defunctorum recitat,thus, incẽsum, & aquam benedictam adhibet; mos idẽ apud moniales Capuccinas S. Clarę in Quirinali,& S.Vrbani non longe à Turri Comitum viget, Vrbanus IV. c. 7. Regulæ Secundę S. Claræ , hęc habet de hac re . *Ad exequias circa sepulchrum agendas, Sacerdos nõ ingrediatur claustrum , sed exterius in capella,quod ad officium pertinet , exequatur . Tamen si Abbatissæ,& Conuentui visum fuerit, quod ad exequias debeat introire, modo supra dicto,eum socijs, intret indutus (alba stola , & manipulo. socij duo religiosi , vel vnus , vt minimum , alba , vel saltem, superpelliceo , indutus) & sepulta mortua,cum eis exeat sine mora.* De hac re,Miranda q. 2.art.17.de Monialibus. In Gallijs, Confessarium exequias celebraturum , & cum eo Sacerdotes nõnullos,intra septa Monialium ingredi , solere , à viro , qui ibi Sanctimonialium confessiones excepit , intellexi. Pretextu Monialis sepeliendę,vel officium funerale peragendi , non posse Confessarium ingredi claustra , tradit Gauantus,in Man.Epis. v.Monialium Clausura nu.40.ex Cong.Episc.

An

An Confessario ingredienti clau'tra Monialium, vt ægræ Sacramentum aliquod ministret, socium habere liceat.

SI loquamur de Sacerdote sæculari Cõfessore Sanctimonialium, socium cum eo ingredi non licet; solus enim solet incedere; nec solum ingredi, decedet, & pro socio non adest priuilegium; at Confessarius ex ordine religioso, quoniam sine socio per ciuitatem, aut oppidum solus pergere non consueuit, dedecetque religiosi instituti sectatorem solum è suo cœnobio exire, cum necessitate vr-
a gente, pergit intra claustra, id ab eo sine socio fieri non debere, opinatus est Sanch. num. 46. loc c. & cum eo Diana p. 2. tract. 2. de Dubijs regularibus, resol. 51. fauetque L. Miranda q. 2. art. 17. de Monialibus. Licentiam, vt socius intret, Sanchez necessariam non putat: nam, concesso ingressu Confessario, censet etiam
b socio concessum: Diana non discrepat. Martinus vero Bonacina q. p. num. 4. de clausura, melius docet, socium cum Confessario, ingrediente, vt Sacramentum aliquod ægræ Moniali ministret, introire non posse: nulla enim adest moralis necessitas, cur socius sit ingressurus; excipe eos Regulares, quibus, ex patenti Summi Pontificis priuilegio, hoc fa-
c cere licet. Quando Confessarius, ex Superioris concessu, ob aliam iustam causam, in qua eget socij opera, ingreditur (vt cum in Sacello valetudinarij rem diuinam facturus est, vt Sacrosanctũ Corporis Christi Sacramentum ægris, cum suscipere illud debent, ministrent) tunc socium, Superiore concedente, intrare posse, cũ Miranda testatus est Bonacina, cuius animus sépiterno fruatur æuo. Dixi, *Excipe eos Regulares*, &c. nam pro monialibus S. Claræ, Vrbanus IV. c. 7. secundæ Regulæ, hæc scripta esse voluit. ***Si tamen aliqua soror tanta fuerit corporis infirmitate detẽta, quod ad locutorium venire non possit, & necessitatẽ habuerit confiteri, vel Dominici Corporis, seu alia recipere Sacramenta; exhibiturus huiusmodi alba, & stola, & manipulo cum duobus idoneis, & religiosis, vel vno ad minus, alba, vel saltem superpellicco ingrediatur, et morẽtur induci; nec moram ibi faciant longiorem. Caueant etiam, vt quandiu intra monasteriũ fuerint, nullatenus ab inuicẽ separentur; quin semper mutuo possint liberè se videre.*** Hæc ille ante Bonifacium VIII. à quo deinde monialibus omnibus præcepta clausura. Socium, (ex Fratribus Minoribus) clericum esse, debere, scripsit Miranda art. 17. l. c. vt pro Monialibus primæ Regulæ S. Claræ, dixit Gregorius IX. Nõnulla S. Claræ monasteria modo Episcopis subsunt; & Sacerdotes sæculares ab Episcopis approbati, Monialium confessiones excipiunt, & socios ingredientes non adhibent; Episcopus Castrensis hoc expressit c. 7. Constitutionũ Monasterij Farnesiani: in quo Vrbani IV. regula excepta. Cassinenses monachi subiectarum Monialium Confessores, septa, ad ministranda Sacramẽta, ingredientes, socium secum habent: alterq. alterum debet inspicere.

a *lib. 6. c. 16. t. 2. Op. Mor.* b *nu. 47. l. c.* c *q. 2. art. 18. conclus. 2. l. c.* d *Const. Cassinenses p. 2. c. 5. de Monialibus, vbi hæc:* Pro custodia amborum, semper alter alterum videat.

De clausura à nonnullis Monialibus voto promissa.

MOniales, secundum Regulam S. Claræ ab Vrbano IV. traditam profitẽtes & Vrbanistæ dictæ à nõnullis, dum tria solemnia vota nuncupant, quartũ de clausura seruanda, ex Vrbani decreto addunt: vt superius ostensum est. Quartum autem hoc votum ad essentiam Religionis non spectat; publicum quidem est, sed non solemne. Sanctimoniales primam S. Claræ Regulam amplexæ (quales Capuccinæ Vrbis, Sanctæ Claræ in Quirinali, & Sancti Vrbani non longe à Turri Comitum) non ex regula, sed ex constitutionibus, solemnia vota emittentes, etiam clausuram spondent; in eadem Vrbe, Moniales S. Susannæ, Eminentissimi Cardinalis Barberini protectioni creditæ, idem votum clausuræ nuncupant: at non ex Regula, non est constitutionibus (ni me fallit memoria) sed fortasse, ex alicu.us viri, initio monasterij, pro ijs desudantis, excubantisq. sententia, quam cõsuetudo excepit. Clausuræ Monialium obligatio ex præcepto Ecclesiastico oritur, non autem ex voto (si generatim loquaris:) dico a
generatim, quia, vt vidisti, moniales S. Claræ, Vrbani IV. Regulam seruantes, votum illius ex regula edunt. Non obligat autem Sanctimoniales præceptum Ecclesiasticum ad votum clausuræ nuncupandũ; nulla enim Pontificia constitutione hoc declaratum est: neque præceptũ sub hac ratione receptum dici potest; vt vere magnus vir. F. Suarez to. 4. De Relig. l. 1. de obligat Relig. c. 9. n. 23. docuit. c. autem 8. nu. 10. hæc scripserat. ***Explicabimus vero tãtum, quid iure positiuo seruandum sit;***

nam

nam ſingulas illarum (Sanctimonialium) *regulas explicare, noſtrum non eſt; nec mihi cõſtat, quænam illarum emittunt quartũ votum clauſuræ, aut ex vi ſuæ regulæ, aut poſt Pontificia præcepta; priori enim modo dicuntur illud emittere Religioſæ S. Claræ, iuxta Regulã ad Vrbano IV. approbatam; & ideo iuxta modum, & menſuram præſcriptam à regula, tenebuntur ex vi voti clauſuram ſeruare. Aliqua etiam monaſteria, licet ex prima inſtitutione non haberent clauſuram, poſt Eccleſiæ præceptum, non ſolum illam admittunt, ſed etiam promittunt.* Certum autem putat: per votum, non extẽſiuam, ſed intenſiuam obligationem addi, nouum ſcilicet ad rẽ eandem obligationis titulũ: quare Monialis clauſuræ voto obſtricta, dum eam violat, contra votũ & contra Eccleſiæ præceptum delinquit. De qua re Sanch. c. 15. n. 19. & Manuel ante illũ, to. 1. qq. Reg. q. 44. ar. 2. ad 1. Not. 3. Clauſuræ votum ſub voto obedientiæ venire, dicit (ex Cong. Ep. 19. Ap. 1619.) Gauãtus in Manuali Epiſcoporum, v. Monialium Clauſura, nu. 2. Hæc de Monialium clauſura modo ſufficiãt. De vetito acceſſu ad earum cœnobia, ex Bonif. VIII. lege, c. vnic. de ſtatu Reg. in 6. aliàs fortaſſe, ſi mihi aderit Dei Sãctiſſimi Patris, & Filij, & Spiritus Sancti benignitas; cui me totum addixi. Tu vide quæ Suar. t. 4. de Relig. l. 1. c. 10. n. 24. & Sanch. l. 6. c. cit.

Quæcunque meus exarauit, exarabitq. calamus, S.R.E. veritatis Columnæ, & firmamentis iudicio ſubijcio deleturnque, & reiectum eſſe volo, ſi quid à me, ingenij imbecillitate, ſcriptum, quod illi non placet.

Te Deũ laudamus, te Dominũ cõfitemur, Te rerũ omniũ Conditoré, & humani generis Reparatorem, Cæli, & Terra venerétur.

Sanctiſſimæ Virgini Dei Matri, Sanctarũ Virginum, & Sanctorum omnium Reginæ, ac Sanctis omnibus laus, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

TYpographus totũ ferè librum à mẽ inſcriptũ, *De origine, et Clauſura Sanctimonialium*, typis ſuis cuderat: cũ in egregiã præſtantium Sanctimonialium Hiſtoriam ad Clauſuræ argumentum ſpectanté incidi; quã nefas eſſet negligere. Hic illã (duo deinde loco ponendam) addere libuit; ne geminam præclaram prætermiſſam dolere poſſes. A Petro Venerabili Abbate Cluniacenſe, viro grauiſſimo, & ex illo, ab Eminẽtiſſimo, & de Chriſtiana Rep. optimè merito, Card. Baronio, in Annal. Eccl. refertur. In Marcianicẽſi monaſterio, Moniales multæ nobiles, & regio naťę genere, diuitijs, honoribuſque contemptis, ſuperbiam calcabant, luxuriam ſubigebant Chriſtiq. pauperiẽs ſequentes, mundum, eiuſque Principẽ ſuperabãt. Hæ clauſtro ſalutari cõcluſæ (ait Petrus) & (vt ſic dicã) vitali obrutę ſepultura, potius mori, quã egredi, ante occumbere, quã limen deſignati oſtij trãſgredi elegerunt. Cõburebatur monaſteriũ, Moniales inde nolebant exire; tunc, fortè, eo in loco erat Hugo venerabilis Archiepiſcopus Lugdunẽſis, omniũ ferme Galliarũ Legatus Apoſtolicæ Sedis, ab Vrb. II. creatus, magna probitate, & religione clarus; ad eũ homines confugientes conſiliũ petebant; rogarũtq. vt ſanctis mulierib. ſuaderet egreſſum; addit ille clauſtriũ, ſummaq. celeritate omnes ad ſe vocatas, vt periculũ effugerent, hortatus eſt: *Cũ illæ renuerent, & prius ſe mori, quã propoſitũ infringere conſtanter affirmarent*, dixit; *Authoritate B. Petri, & Domini Papæ, cuius vicefungor, atq. ex Abbatis veſtri obedientia, vobis præcipio; vt ad præſens hinc exeatis, neque vos cum habitaculis veſtris hic incendio incremari, ſinatis. Ad hæc quædam maxima nobilitatis, & conuerſationis, Giſla nomine, quã, & ipſe multoties vidi, ſpiritu & fide ſuccenſa, reſpondet. Nos, Pater, timor Dei, & præceptum Abbatis noſtri, vt ignem æternum euadere poſſemus infra hos, quos cernes, limites, vſq. ad mortem, permanſuras incluſit. Vnde nullo pacto fieri poteſt, vt abſq; neceſſitate, præfixos nobis pęnitentiæ terminos, ſaltẽ pedis paſſu trãſgrediamur, niſi ab illo, qui nos in hoc incluſit loco, ſoluamur. Noli ergo Domine, ſi placet, hoc iniungere, quod nobis agere non licet; ſed ſicut nos ignem præcipis fugere; ita magis igni, vt à nobis fugiat, virtute Chriſti Domini noſtri armatus, iniũge. Ad quam mulieris fidem ſtupefactus Archiepiſcopus, ac ſubito & ipſe fide repletus, foras exijt, & corã cũctis, qui aderãt, flamãs intuẽs, ac lachrymis ora perfuſus, ait: In nomine Domini, & per meritũ huius, quæ nũc locuta eſt, mulieris, recede ignis peſtifer ab ancillarum Dei habitaculis, nec damna aliqua vltra inferre, præſumas. His à Pontifice verbis prælatis (ſicut mihi teſtificati ſũt qui viderunt) repente immenſitas flamarũ inuiſibili virtute repreſſa, velut ferreo muro obſtãte, vltra procedere nõ potuit; & abſq. aliquo humano ſubſidio, abſque aliqua placida gutta, incredibili celeritate ſeipſam extinxit. Sic magnifico, & inſperato miraculo, ſanctũ propoſitum muliarum ſibi bene acceptum eſſe, diuina Pietas comprobauit.* Hæc Petrus Venerabilis. à *Sixtu V. S. Suſannæ cænob. inſtitut. t. 2. Op. Mor. l. 6. c. tom. 2. Op. Mor. l. 1. de miraculis c. 22.* & *to. 11. ad an. 934.*

FINIS.

INDEX.

CAPITVM, ET DVB.

Virginum status laudatur. 3
An Christi Domini aduentum Virgines Vt duaque nonnullæ clausæ. ibid.
Viri studio rerum cælestium addicti, vt Deo liberius seruirent ab hominum consort.o seiuncti. 5
Mulieres extra Monialium septa Euangelij tempore septis miris clausæ, à virorum aspectu semota. 6
Sanctimonialium Ordo tempore Euangelico. ibid.
Magnus olim Sanctimonialium numerus; quo primum tempore Romæ Moniales. 9
De septis, quibus Moniales clausæ. Quo tempore primum intra septa vixerunt. 10
Moniales olim nonnullæ è septis aliquando egrediebantur, quædam intra ea clausæ. 11
Notatio. 12
Moniales clausæ tempore SS. Dominici, & Francisci. 13
Notatio. 14
Quid nomine clausuræ Monialium, & quo iure præcepta. 14
De lege, qua Monialibus egressus è cœnobijs vetitur. 15
Qua ratione arctior clausura Monialibus indici potuerit, quàm sit ea, ad quam ex vi regulæ, aut professionis tenentur. 15
Cur Bonifacius VIII. clausuram Monialibus indixerit. ibid.
Quid nomine Monasterij, vnde illæ egredi nequeunt. 16
Quibus Monialium ordinibus sit in dicta clausura. 17
An Monialibus conuersis sit præcepta. 17
Possunt ne Moniales professæ exire aliquando è cœnobijs sine licentia. 18
Casus excepti in Regula tradita ab Vrbano IV. Monialibus. 20
De pœnis contra Moniales professas contra ius egredientes. ibid.
Quæ Moniales sine venia, è cœnobijs exeuntes, non excommunicantur. ibid.
An Monialis licitè exiens teneatur recto itinere ad locum pergere, & re confecta, statim redire. 21
An Superiores, alijque, ratione clausuræ egressu Monialium violata, indicatis pœnis puniantur. ibid.
An pœnæ indicatæ locum habeant in ijs, qui naturali compassione, Moniales egressas in extrema, grauive necessitate comitantur, aut recipiunt. 22
Quis iustam causam egressus Monialium approbet, & licentiā exeundi ex causa det. ibid.
Notatio. ibid.
An solus Episcopus, sine Episcopali iurisdictione instructus causam approbet egressus, & facultatem det. 23
An, ad euitandam culpam, & censuram, licentia exeundi sit danda in scriptis. ibid.
An Episcopi teneantur cogere ad clausuram Moniales eam non seruantes. ibid.
An Episcopi teneantur cogere ad clausuram Moniales subiectas Regularibus. ibid.
An sæculares peccent, si opem in hac re Episcopus non ferant. 24
An Moniales aliquæ à lege clausuræ contraria consuetudine excusentur. ibid.
De vetito ingressu in Monialium cœnobia. ibid.
An Reges, & Reginæ comprehendantur à Conc. Trid. & à Greg. XIII. dum vetant nequis in Monialiū cœnobia ingrediatur. ibid.
An Cardinalibus S.R.E. ingressus in Monialium cœnobia sit vetitus. 25
An Episcopi, alijque Superiores Monialium, sine iusta causa intra earum septa ingredi possint. ibid.
An feminis, & Monialibus huiusmodi ingressus vetitus sit. ibid.
Quid dicendū de amentibus, & infantibus. 26
Qui possint concedere ingressum in Monialium cœnobia. ibid.
An Episcopus veniam intrandi in sibi subiecta Monialium Monasteria Regularibus dare possit; an alicui in exempta, & num eius consensu in hac re Prælati Regulares, alijq. Regentes Moniales, ordinaria potestate egeant. 27
An Episcopus, vel alius Monialium superior intra earum septa ex causa ingressurus Superior intra earum septa ex causa ingressurus Superioris sui licentia egeat. 28
An vnus, ex tribus Visitatoribus Monasterij à Sixto

à Sixto V. fundati posset ex causa ingredi sine venia Collegarum. ibid.
An alij duo suas vices illi delegare possint. ib.
An in duo ingredi possint ex iusta causa. ibid.
An vnus ex aliorum venia, aut duo, aut tres ex iusta causa ingressuri habere debeant secum comites, vt præcipit Gregorius. 29
An Episcopus licentia superioris egeat, vt intret Monialium cœnobia subiecta Regularibus spectātia ad clausurā inspecturus. ib.
an sint aliqua sacrarum Mulierum cœnobia, in qua sine Ordinarij licentia ingredi liceat. ibid.
De causis iustis concedendæ licentiæ ad intrandum septa Monialium. 30
Pro casibus non ordinarijs posterioris necessitatis, quos non continet facultas, quid aget Episcopus longe absens. 32
In repentina necessitate dum absunt longe, qui ingressum concedere possunt, an Abbatissa admittere posset intra claustra eos, qui sunt necessarij. ibid.
Causæ, quæ non sunt satis, vt ingressus concedi posset. ibid.
an Episcopus alijve Monialium Prælati, earum cœnobia sibi subiecta, pro libito, intrare possint, extra casum necessarium. 33
Quos, & quot viros secum ducere possit intra septa Monialium Episcopus, vel &c. dum ea intrat ex causa. 34
Quas pœnas subeant Episcopi, alijve Monialium Superiores sine iusta causa earum septa ingredientur. 35
an in relatas pœnas Episcopi, vel alij Monialium Superiores: qui, in casu licito, soli ingrediuntur, vel cum Comitibus nec Senioribus, nec Religiosis. ibid.
an licentia ingrediendi non scripta sit satis, vt quis licitè Monialium septa intret. 36
an sit excommunicatus, qui extra casum necessarium, licentia ingrediendi assecutus intra septa Monialium adit. ibi.
Quid si Episcopus, &c. authoritate sua abuteñs, extra necessitatem dat alicui veniā intrādi, & hic agnoscat authoritatis abusū? ib.
Quid si licentia extra necessitatem data sit, & necessitas accidat ante ingressum? 37
an qui ingressus est munitus licentia scripta Episcopi, &c. teneatur statim egredi, negotio confecto? ibid.
Quid si mente corrupta in cœnobio moretur diutius, qui ex iusta licentia ingressus est, eritne excommunicatus? ibid.
an ingressus ex ignorantia, aut bona fide si animaduertat, id non licuisse, & non exeat, peccet & sit excommunicatus. ibid.
an puellis sæcularibus, ratione aduocationis, concedi possit ingressus, & mansio in monasterio. ibid.
an viduis bonæ famæ id sit concedendum. 38
an danda hæc licentia mulieribus coniugatis, cum viri absunt; aut ob discordiam inter eas, & viros. ib d.
an puellæ statum religiosum cupienti sit concedendus ingressus intra septa monialium, vt aliquo tempore, ante susceptionem habitus ibi moretur. ibid.
an multis monialibus vnius cœnobij ægrotantibus, possit Episcopus tot fœminis sæcularibus ingressum permittere, quot erunt necessariæ, ad eas seruiendum. ibid.
an Episcopus licentiam ingrediendi, & habitandi intra septa monialium sæculari fœminæ, vt vni moniali seruiat, dare possit. 39
De præcepto Pontificis, ne moniales, viros aut mulieres, quibus non permittitur ingressus, intra septa admittant. ibid.
an moniales admittere præsumentes volentem ingredi intra septa, sine prætextu facultatū, cōprehendātur à Gregorij XIII. lege. 40
an cum abbatissis aliæ ei ijsdem cœnobij moniales locum habeant in primo casu motus proprij Greg. XIII. ibid.
Quid sit ingredi facere, vel permittere & præsumere admittere. 41
Bona fides, & ignorantia excusat à pœnis contra præsumentes admittere. ibid.
an moniales omnes cooperantes ad admittendū absquē intra septa sint excōmunicatæ. 42
De monialibus præcipientibus ingressum in monasterium, aut consilium dantibus. ibid.
an moniales homines illicitè ingressum alloquentes, aut comitanter pœnis indicatis puniantur. ibid.
De ingressu Confessarij monialium habentis licentiam scriptam quando intra septa eis adire liceat. ibid.
an Confessarius sæpius ingredi possit monialium septa, vt eidē moniali ægrotāti Sacramēta Pœn. Euch. & Ext. Vnct. minister. ibi.
an Confessor; ad exequias monialis è viuis egressæ celebrandas, intra septa cœnobij adire possit. 43
an Confessario ingredienti claustra monialium vt ægræ Sacramentum aliquod ministret, socium habere liceat. 44
De clausura à nonnullis monialibus voto promissa. ibid.

FINIS.